


5. 6. 21

GLOSSARIUM GRAECUM

IN

SACROS

NOVI FOEDERIS

LIBROS.

Ex MSS. primus edidit, Notisque inlustravit

JOANNES ALBERTI,

ECCLESIASTES HARLEMENSIS.

ACCEDUNT EJUSDEM

MISCELLANEA CRITICA

IN

GLOSSAS NOMICAS, SUIDAM, HESYCHIUM,

ET

INDEX AUCTORUM EX PHOTII LEXICO INEDITO.





LUGDUNI BATAVORUM

Apud SAMUELEM LUCHTMANS, 1735.

Academiae Typographum.

Facultas Theologica Leidensis legit Notas criticas Viri Eruditissimi, atque plurimum Reverendi, Joannis Alberti, Ecclesiast. Harlemensis, quas Glossario Græco in Sacros Novi Foederis Libros, quod ex MSS. primus edidit, adjecit; in iisque nihil offendit, quod Formulis Consensus nostræ Ecclesiæ adversatur. Quare per Canones Ecclesiæ nostræ licet, ut prodeant in lucem. Lugd. Batav. A. D. XXII. *Dec.* MDCCXXXIV.

FRANC. FABRICIUS, S. S. Theol. Dr. & Profr.

JOH. WESSELIUS, Theol. Dr. & Profr.

T. H. VAN DEN HONERT, Fac. h. t. Decan.

JOHANNES VANDEN HONERT, T. H. FIL. S. S. Theol. Doct. & Prof. Ord.

EXIMIIS VIRIS,

ECCLESIAE GYMNASIIQUE APUD HAMBURGENSES LUMINIBUS,

JOANNI CHRISTOPHORO WOLFIO,

PASTORI AD D. CATHARINAE, ET SCHOLARCHAE;

JOANNI ALBERTO FABRICIO,

SS. THEOLOGIAE DOCTORI, ELOQUENTIAE ET PHILOSOPHIAE MORALIS PROFESSORI PUBLICO,

S. P. D.

JOANNES ALBERTI.

Ad VOS redire geſtit quod Veſtrum jure meritoque dici poteſt, VIRI HUMANISSIMI, quum inſigni Veſtrae in me benevolentiae natales ſuos & originem debeat hic,

quem VOBIS offero, fetus. Praeterea si peritos & aequos lucubrationum mearum aestimatores, si bonarum denique literarum fautores promotoresque cuperem, quorum sub auspiciis laetus tutusque in publicum procederet libellus noster, VOS etiam hoc nomine a me adeundi compellandique eratis: ut ita simul publice meam erga VOS Vestraque merita, qua publica, qua privata, observantiam gratumque animum venerabundus testarer. Quandoquidem ergo & justitia, quae suum cuique tribuere jubet, & pietas, quae gratum animum deposcit, & ipsae Musarum voces hoc qualecunque officium erga justos, pios, praeclarosque Musagetas uno ore a me efflagitarent, nemo verborum lenociniis Vestrum me stolide favorem captare, vel ab amplissimo Nominum Vestrorum splendore laetius nominis incrementum me quaerere suspicetur. Non enim adeo vanus sum, ut ejusmodi VOS blandimenta curare unquam existimaverim; neque tam humilis & abjecti animi, ut huc confugere necesse habeam. Suum sibi pretium

tium ſtatuat, quidquid ſolidam laudem ſit conſequuturum; quando principibus placuiſſe Viris non ultima ſane eſt gloria.

Exhibeo VOBIS, VIRI CELEBERRIMI, *Gloſſarium Sacrum* ad *Novi Foederis* Libros; cui *Miſcellanea Critica* ſubjeci.

Patere quaeſo, WOLFI REVERENDISSIME, ut huic opuſculo Nomen Tuum a me praefigatur. Tu enim is es, qui praeter alia eruditionis ac diligentiae egregia monumenta, quibus Hebraicas Graecasque literas magnifice ornaſti, ſummo labore, neque minori doctrina, Novi Foederis Libros inluſtraſti *Curis* adcuratiſſimis, quibus multum debet praeſens, multum ſequens debebit aetas, quaeque omnibus literarum ſacrarum ſtudioſis, totique adeo Eccleſiae Chriſtianae, uſum & commodum praeſtant minime translatitium. Faxit DEUS OPT. MAX. ut inſigne opus ad umbilicum brevi perductum, praeter LIBANII Anecdota, quae avide exſpectamus, TIBI nobisque gratulari liceat! Ad Te

itaque *Glossarium* in eosdem Libros jure optimo refertur, ut tanto muneri levidense hoc a nobis munusculum opponatur, cultus mei, quem & coram testari nuper volupe erat, perpetuus futurus index. Accedit, quod TIBI unice acceptum ferendum sit, quidquid ex PHOTII *Lexico inedito* in his paginis conspicitur. Ultro enim MStum Tuum Codicem mihi obtulisti, cujus usus non tantum ad *Glossarium* ipsum mihi saepe profuit, sed plurimum quoque contulit ad SUIDAM & HESYCHIUM meum inlustrandum & emaculandum, ut in *Miscellaneis* apparet: praeterquam quod huic Tuo beneficio tribuendus sit amplissimus ille *Scriptorum Catalogus*, quos in utilissimo Lexico laudavit Constantinopolitanus Patriarcha; quam operam Criticees studiosis doctisque hominibus non displicituram plane confido.

At quibus TE verbis compellem, FABRICI PRAESTANTISSIME? Quantus mihi campus patet, si in laudes Tuas decurrere, vel per ingenii mei vires, vel per modestiam Tuam, lice-

DEDICATIO.

liceret! Qui Herculeis per tot annos, per omnem aetatem, laboribus defunctus, omnigenae eruditionis dudum laudem ab exteris pariter civibusque adeptus, bonorumque omnium adplauſus meritus, eas Sacris & humanis omnibusque melioribus literis ſuppetias tuliſti, ut qui TE ignoret, ipſas literas ignorare, qui TE non amet, ipſas literas parum facere, mihi videatur. Utinam & feliciter, rebus undique laetis circumfluentibus, telam quam in *mediae & infimae aetatis Scriptores Latinos* exorſus es, & plura TE cedroque digna opera, abſolvas! TIBI vero in primis hoc qualecunque opuſculum inſcribendum erat, in Cujus ſuppellectili libraria olim latebant *Gloſſae Sacrae*, quas TE adnuente & inſtigante nunc primus edo. Cum enim de JANI VITI PERGERI *Notis Heſychianis* ineditis TE rogarem, non illas tantum benigne mihi conceſſiſti, ut in nova HESYCHII, quam paro, Editione legerentur, ſed pro incredibili Tua humanitate, inque aliorum ſtudiis juvandis liberalita-

te, etiam non rogatus obtulisti duo *Glossaria* antiqua in pergameno inedita, quorum alterum, praeter alias in Sacrum antiqui Foederis Codicem, has etiam ad Novi Foederis Libros Glossas complectebatur. Nihil itaque, nisi quod Tuum est, TIBI reddo, in quo vires criticas periclitari lubuit, ut in aliorum usum me ipse exercerem. Quid ceterae illius Codicis partes mihi profuerint, quid alterum illud, quod CYRILLI *Archi-Episcopi* nomen praefert, *Lexicon MStum*, ipso opere testatum fiet. Neque praetereundum, quod eadem facilitate mecum communicaveris *Glossas Nomicas* manu exaratas, quas cum editis in hoc opusculo contuli, & notulis quibusdam, ut varietas operi accederet, adspersi. Quae omnia, nisi ingratissimus audire velim, grato animo adgnosco publice & praedico.

Accipite ergo, VIRI CELEBERRIMI & ERUDITISSIMI, hunc, qui candide obfertur, fronte serena libellum, quem ex veteri formula lubens VOBIS meritoque do, dico, dedico, consecro. DEUM

DEDICATIO.

DEUM ſupplex veneror, ut omnes animi corporisque vires quam diutiſſime VOBIS incolumes & alacres praeſtet, ut rem Chriſtianam & Literariam porro ornare, quod hactenus feciſtis, & promovere poſſitis! Valete, VIRI OPTIMI, meque Veſtri amantiſſimum amare pergite.

D. Harlemi,
III. Idus Septemb.
MDCCXXXIV.

LECTORI

S.

Ut opusculi hujus occasionem, quidque in eo praestare conatus sim, propius cognoscas, haec ad Te praefari necesse est, Lector.

Jam ab aliquo tempore in eo totus sum, quantum per sacra munia licet, ut HESYCHII Alexandrini, Glossographorum doctissimi, Lexicon *tandem ornatius & emendatius (quae jam a seculo Eruditorum vota sunt) prodire queat, non meis tantum, sed* ineditis *etiam Maximorum Virorum,* Josephi Scaligeri, Henrici Valesii, Danielis Heinsii, Isaaci Vossii, Thomae Brunonis, Godefridi Sopingii, *Aliorumque complurium* Notis *locupletatum; quibus brevi, ut spero, luculentiores etiam copiae ex Anglia, ipsa Musarum sede, Doctorum Virorum beneficio accedent. Rogavi Cel.* J. A. Fabricium, *ut* Jani Viti Pergeri *Notas ineditas, quarum mentio in Ejusdem* Bibliotheca Graeca, (Vol. IV. p. 553.) *quarumque specimen in Cel. J. C. Wolfii* Anecdot. Graec. (Tom. IV.) *prostat, mecum communicare non gravaretur. Annuit, qua est humanitate, Vir egregius, simulque ad me perferenda curavit duo* Glossaria *Graeca inedita, quorum notitiam dedit in* Biblioth. Graec. Vol. X. p. 52. *&* 62. *In posteriori prae-*

praeter alia videbam Glossas ad IV. Euangelia, Actus Apostolicos, *&* Epistolas Paullinas: *quas privatos in usus quum descripsissem, subjectis obiter notulis brevioribus, & parallelis Hesychii locis, in mentem venit seorsum edere* GLOSSARIUM *hoc* SACRUM, *quo hactenus literarum studiosi carebant. Aperui consilium Cel.* Fabricio, *utpote possessori, quo inscio nihil hac in parte mihi licere putavi. Consilium probat Vir Optimus, & currenti calcar addit. Misso itaque ad breve tempus graviori opere, Glossarium Notis meis inlustrare & ad prelum parare horis subsecivis occepi. Gaudebam, toties Hesychium meum ad verbum convenire, cujus adeo fontem reperisse me hac in parte patebat; eandemque ob caussam passim Hesychium contuli, ut veritas testata fieret.*

Et jam maxima pars Glossarii typis descripta erat, quum similes Glossas ab If. Vossio, τῷ πάνυ, *ad Hesychium laudari viderem: dumque propius rem investigo, comperi easdem inter Vossianos Codices MSS. latere in Bibliotheca Publica Lugduno-Batava, (in* Catalog. p. 398. num. 63.) *Cyrilli Lexico MSto adjunctas, & a me protinus collatas, concedente pro insigni sua erga me benevolentia Viro Celeberrimo,* P. Burmanno, *qui diligenti cum cura huic gazophylacio praeest. Narrabat eodem tempore Cel.* Tib. Hemsterhusius, *Noster, se quoque schedas ejusmodi membranaceas servare,*

re, ex Cl. Petri Francii sectione redemptas, in quibus praeter Glossas Iatricas *ineditas, aliasque, etiam* Sacrae Glossae *comparebant, sed ad* Actus *tantum* Apostolicos; *quas omnes mihi tradidit Vir Amicissimus. Utriusque Codicis variantes lectiones tum in postrema opusculi parte, dum res integra erat, tum in* Addendis *p.* 188. seqq. *sedulo adnotavi. Antiquissimum sane est fragmentum hoc Hemsterhusianum, sexcentorum ad minimum annorum aetatem excedens: Vossiano tamen antiquior est Fabricianus, quem sequutus sum, Codex, & proxime quidem, ut mihi videtur, Hemsterhusiani fragmenti aetatem adtingens. Procul dubio autem & plura exemplaria MSS. in aliis latent Bibliothecis, ut in Florentina, unde* Glossas *suas* Mediceas *hauserunt Alexander Morus, & Joan. Pricaeus, in* Notis ad N. F. *Libros; in Coisliniana, olim Segueriana, indice Rev. Montfauconio;* (pag. 494. & 503. Bibl. Coislin.) *&, in Barocciana, ubi pariter Cyrilli Lexico MSto adjunctae sunt Glossae Sacrae, a Cl. Eduardo Bernardo, & aliis, laudatae.*

Glossae ipsae, quas nunc damus, satis antiquae *sunt, ab* Origene, Cyrillo *(vid. Is. Vossii sententiam in* Not. *inf. p.* 123. *& in Fabric.* Bibl. Gr. Vol. X. *p.* 52.) *aliisque Ecclesiae luminibus profectae: non enim uno eodemque tempore natas puto, sed, ut in his fieri solet, ab aliis aliisque adauctas. Sic &* Origenis,

nis, *five alterius Doctoris Gr. συγχρόνȣ*, Scholia in Orationem Dominicam, *&* Cantica B. Virginis. Zachariae & Simeonis, *Gr. & Lat. edidit Fed. Morellus*, Lutet. 1601. 8°. *quae tamen alius funt indolis.*

Ufus *autem harum Gloffarum fua fponte liquet: quum Veterum nobis mentem proponant, & varias non nunquam lectiones ab hodiernis diverfas, ab aliis vero MSS. & Hefychio comprobatas, utpote „ in cujus Vocabulario plus „ 60. fupra 300. explicationes occurrunt, pe- „ titae ex Scholiis interlinearibus aut margina- „ libus exemplarium N. T. five etiam Lexi- „ cis, quae tunc exftabant, Scripturariis, ex „ quibus haud obfcure fere colligas, quomodo „ fe habuerit textus Codicis, cui illuftrando in- „ ferviunt. „ Verbis utor Cl. Joan. Millii* Prolegom. ad N. T. §. 1040.

Adhibui paffim, praeter vulgatos Auctores, Gloffaria inedita, *tum PHOTII CPolitani (de quo ftatim plura) cujus ufum mihi conceffit Vener.* J. C. Wolfius; *tum CYRILLI Alexandrini, a Voffiano tamen & Bremenfi, aliisque alibi laudatis, diverfi, in fine etiam mutili: definit enim in V.* Πολύτλας, *praecedit autem fragmentum alterius Lexici Gr. MSti. Debeo hoc humanitati Cl.* J. A. Fabricii, *qui & aliud* Lexicon MS. *adefpoton, five* Anonymi, *ad me mifit, quod olim fuerat Cl.* Abrah. Hinckelmanni, *ab initio mutilum, incipiens a V.* Ἑρμιλάμβος *(unde Sopingii*

pingii ad Hesychium emendatio statim firmatur) cui Glossae Sacrae in varios Libros V. F. & hae in N. F. subjunctae erant. Hoc vero, nomine Lexici Graeci MS. *simpliciter laudare soleo.*

Neque praetermittendum, passim etiam ex Codicibus MSS. Coislinianis *&* Basileensibus *Glossas ineditas a me proferri, quas humanissime ex schedis suis mecum communicavit Vir Rev. & Clarissimus* Joannes Jacobus Wetstenius, *Cui maximas meritasque ago gratias. Quum vero & serius mihi partim redderentur, & commodum ubique locum non invenirent, eas ad ordinem Librorum Sacrorum (quod concinnius videbatur) dispositas, notulisque adspersas,* Adpendicis *nomine Glossario subjeci (p.* 198. *& seqq.) ne bis deliciis harum rerum studiosi carerent.*

Ceterum ineditae *hactenus hae omnes fuerunt Glossae, quas praesenti complexus sum opusculo, si priorem partem excipias, qua* Nomina Hebraica *in* IV. Euangeliis *obvia, exponuntur. Etenim in praestantissima Operum Hieronymi Editione Parisiensi* Tom. II. *praeter* Lexica Origeniana *Rever. & Doctiss.* Joan. Martianaeus, *Ordinis Benedictini ex Congreg. S. Mauri (Cui plurimum hoc nomine debemus)* quinque Fragmenta *Lexici Origeniani ad fidem Codd. Reg. & Colbert. dedit, easdem Nominum Hebraicorum interpretationes spectantia. Convenit autem* Fragmentum *illud*

lud II. cum nostris Glossis, nisi quod in his interdum variet lectio, immo praestet, ut luculento exemplo ostendi pag. 57. *in V.* Μεσσίας.

Profuit mihi in hac parte etiam Expositio MS. Nominum Hebr. *inter Vossiana MSS. latens in Bibliotheca Lugduno-Batava, & Suidae MSto (qui olim Henr. Stephani & Melch. Goldasti fuit) accedens, in* Catalog. *p.* 396. num. 20. *praeter aliam, & ab hac parum diversam*, Expositionem MS. *quae p.* 398. num. 63. *eodem volumine continetur, quo Cyrilli; & Sacrum hoc, de quo monui, Glossarium. Ejusmodi quoque est* Explicatio vocum singularium & propriarum in V. & N. T. *quae in eodem* Catal. *p.* 403. num. 20. *exhibetur.*

In Notis *ad Hebraicorum Nominum interpretationes hoc agere conatus sum, non ut veras eorundem expositiones traderem, quod ab Aliis factum (quos diligenter enumerat Cel. Wolfius* Biblioth. Hebr. Vol. II. *p.* 565. sqq. *&* IV. *p.* 248.) *nec adeo difficile est: sed ut indagarem, quasnam voces Hebraicas in mente habuerint Veteres, non Patres tantum Christiani, sed & Judaei interpretes, Josephus & Philo, quando miras adeo expositiones, iisque fundatas allegorias, procuderunt. quod eo lubentius feci, tum, quia ceteroqui plurimis in Patrum locis caecutimus; tum maxime, quia non raro apud Hesychium eaedem interpretationes occurrunt, quarum mentem vix & ne vix quidem adsequeris,*

ris, nisi hac, quam ingressus sum, via. Quamvis plane sentiam, Sacras illas Glossas serius ab Epitomatore, vel quisquis demum fuerit, homine certe Christiano, adjectas esse, idque locis passim alienis: non enim credibile est, Hesychium in adcuratissima operis sui ad Eulogium *recensione nihil de his additurum fuisse, immo nihil quod Christianum redoleat. Sed haec alias.*

Hactenus de Glossario: *cetera enim in ipsis* Notis *suo loco monentur.*

Alteram opusculi partem constituunt MISCELLANEA CRITICA, quae subjeci, ut modicum volumen efficerem. Quum vero & alia plura ad manus essent, continere tamen me malui intra Glossariorum cancellos.

Priori loco GLOSSAS NOMICAS, sive veteres Verborum Juris, *quae passim in* Basilicis *reperiuntur, inlustrare conatus sum. De quibus praeter ea quae Viri egregii,* Carolus Labbaeus, *& nuper* Antonius Schultingius, *monuerunt, verbo ibidem sum praefatus. Subnata mihi occasio iterum ex benevolentia Cel.* Fabricii, *qui* Biblioth. Gr. Vol. IV. *p.* 571. *Specimen edidit MSti Glossarii Nomici quadringentorum annorum, quod in charta possidebat. Ejusdem meminit etiam in* Praefatione *Celeb. Schultingius,* ὁ Μακαρίτης. *Quum vero ad me transmissum esset a dignissimo Possessore, illico cum editis contuli, unde varia se mihi obtulerunt scitu, ut credebam, non indigna prorsus. Longe alius autem in eo ordo servatur ac in editis;*

tis; neque omnia continet quae in editis leguntur, utpote ex variis iisdemque diversis Glossis in unum corpus conflata. Ordo est secundum Alphabetum Graecorum; unde G tertium locum occupat: ceterum Latinis etiam literis prior vox, paucis exceptis, expressa est; ut ex Specimine Fabriciano, supra laudato, apparet. Monendum vero in primis, comperisse me, non unum hoc esse Glossarium absolutum, sed duorum Fragmenta. Priora scil. sex folia continent Glossarium, quod MS. *simpliciter, vel* MS. 1. *voco, in quo praecedit vox literis etiam Romanis. Desinit in* Fiduciaria, Φιδουκαρία. *&c. Tum reliqua duo folia (nam octo tantum sunt) sunt fragmentum alterius Glossarii ejusdem aetatis & characteris, incipiens:* μοι ἑ Γ'. *id est,* πέντε νομίσματα *&c. quod est in V.* Πῦρος. *Desinit in* Φινίουμ ῥεγουνδόρουμ, *& explicit ibidem. In hoc vero, quod* MS. 2. *voco, non praemittuntur literae Latinae. Adjectum erat folium, a Cl. Fabricio olim descriptum, in cujus initio notaverat:* A Joh. Phil. Palthenio communicatum. *Incipit a* 'Ιουρισγεντίοις, *& desinit in V.* Λίπερις. *Sed postea deprehendi, hoc excerptum esse ex* MS. 1. *paucis interdum correctis. Operam dedi, ut variantium lectionum & errorum fontes detegerem: quod forte mihi successit, cum Graeculi manum in Romanis literis ob oculos haberem; ut suis locis monui. Ad* Basilica *recurrere primo cogitabam: sed ob tempo-*

ris penuriam contentus fui Theophilo ad Instituta, 1620. ed. Gothofr. *cetera JCtis relinquens, in quorum gratiam &* Indicem Auctorum laudatorum *p.* 261. *subjeci, & nonnulla ad* l. 3. §. 6. ff. de Incend. ruin. naufr. *de voce* ἐξεβεράσθη *ex Adversariis deprompsi.*

Succedunt animadversiones in SUIDAE Lexicon, *tum ex ingenio & aliorum Auctorum collatione, tum maxime ex PHOTII* Lexico inedito *natae. Quum enim hoc cum Suida ad verbum conferrem, vidi Photium Suidae passim ob oculos fuisse; nec injucundum erat cernere, ubi Photius desinat, Suidas pergat, aliave interserat. Scias autem, me non loqui de* Photii Lexico, *quale est illud Ill. Viri* Marquardi Gudii *in Bibliotheca Guelpherbytana, ab Isaaco Vossio & aliis citatum; sed de Apographo quod descriptum est ex Anglicano Codice MSto, quem possedit Eruditiss.* Thomas Gale, *nunc vero in Bibliotheca Oxoniensi servatur. Pervenit illud ad Vener.* J. C. Wolfium *Hafnia ex Bibliotheca Cl.* Severini Lintrupii, *qui illud ex Amici cujusdam sui,* Nicolai Fossii, *Dani, Codice describendum curaverat. Deprehendi illud satis esse adcuratum in iis locis, quae a Cl. Kustero ad Suidam, & aliis, prolata sunt. Lacunas autem in utroque Codice easdem esse, significavit mihi Praestantissimus Wolfius. Nihil vero ad Suidam emaculandum & inlustrandum adcommodatius esse*

com-

comperi, & exemplis docui passim.

Dedi praeterea ad HESYCHIUM Canonem *quemdam* Criticum, *ab aliis non observatum: ut postea in Editione mea hoc opere supersedere possem, monuisse contentus. Addidi simul* Specimen *locorum difficiliorum ex litera A. ut aliquid de Editione, quam suscepi, praescisceres.*

Denique ad exemplum Pricaei, qui ad calcem Apuleji dedit Indicem Scriptorum Hesychianorum, *non sine aliquo labore adcuratissimum exhibui* Catalogum Auctorum, *qui in* Photiano Lexico *inedito citantur; ut aliquem illius operis conspectum, sive gustum, Graecarum literarum studiosis praeberem. In eo autem ita versatus sum, ut passim etiam* Suidae Indicem *auxerim, correxerim, interjectis subinde paucis, quae non inutilia videbantur; & in parenthesi aliquando integram glossam, si operae pretium foret, descripsi.*

Agmen claudunt (quod Libelli indoles requirere videbatur) Indices *copiosissimi tres*, Locorum S. S. *nempe (exceptis iis quae* Nomina *tantum* Hebraica *complectebantur, utpote in* Indice III. *exhibita) tum* Auctorum, *qui vel emendantur, vel luce aliqua donantur; denique* Vocum, Phrasium & Permutationum, *quae in literis & syllabis libros occupant. Ut autem Lector plenius mentem meam adsequeretur, quando ex MSS. eorumque scribendi*

compendiis ſubinde argumentum traherem, neque illa a typothetis commode exprimi poſſent, praemiſi Tabellam Adbreviationum, *quae paſſim in libris manu exaratis, praeſertim in Gloſſariis meis, occurrebant; & quidem ſecundum Alphabeti ordinem. In* col. I. *nota penult. (quod monendum) proprie eſt pro* 9ms, *ſed illud* 9:s *pro* 9ue. *Haec autem de* compendiis, *ut & adfinium* literarum permutationibus, *in juniorum maxime gratiam dedi, ut animum adverterent. Doctis enim illa ſatis nota ſunt.*

Haec prius Te monere volui, Lector. Quodſi Eruditis hominibus haec non diſplicuiſſe intellexerim, non male horas ſubſecivas Heſychio meo adornando ſubtractas putabo, novoque ſtimulo excitatus in ampliſſimo illo ſtadio alacrius pergam poſthac, ut & illo labore aliquando, volente DEO, in ſtudiorum commodum uti queas, & alia exſpectare plura, quae hactenus in Bibliothecis delteſcunt, ad SS. Literarum intelligentiam utilia.

Unum addo, gratiſſimum mihi fore, qui indicet, num alibi in Bibliothecis adſervetur Heſychii Codex MStus. *De ampliſſima & vere REGIA Gallorum Bibliotheca incertum fert fama. Ab Eruditiſſ.* Thoma Brunone, *Canonico Windeſorienſi*, MS. ſuum Heſychium *alibi in Notis MSS. laudatum vidi; ſed nihil ultra cognovi. Venetiis autem apud Nobiliſſ.* Joan. Baptiſtam Recanatum, *Patricium Venetum,*

PRAEFATIO.

tum, doctrina illustrem, latere scio Codicem manu exaratum, quem contulisse operae forsan pretium foret, etsi cum Aldina editione ita consonum, ut fere hunc ab Aldo expressum putem; quantum conjicio ex Specimine, quod descripserat Cl. Jac. Philippus D'Orville, *amicitiae & eruditionis nomine a me laudandus. Praeterea scire velim, num quis viderit Hesychii* Editionem Basileensem, *a Voetio & Morhofio memoratam, a Fabricio autem ceu* chimaericam *explosam. Cui hactenus accedo; & vel Hagenoensem Editionem, vel Phavorinum in mente habuisse Cl. Voetium suspicor, cujus Editioni* Basil. 1538. *in exemplari quod penes me est, nomen suum adscripserat Voetius.*

Vale, mi Lector, &, si visum fuerit, conatibus nostris fave.

OMISSA & COMMISSA.

Pag. 5. vs. 17. post verba: *In ἡδονὴ respicitur* עדן *Eden.*] *Add:* Quamvis hoc necesse non sit. Eurip. *Suplic.* vs. 1150. Πῶς με δέξεται γάνος; Et *Bacch.* vs. 261. & 382. βότρυος γάνος, *uvae deliciae.* Quomodo & Aristoph. *Ran.* vs. 355.

OMISSA & COMMISSA.

Οἰνάνθας, γάνος ἀμπέλου,
Βότρυος ἕλικα παυσίπονον.

Quem locum descripserat Suidas in V. Γάνος; sed excidit prior versus: quod fefellit Cl. Kusterum.

P. 13. in *Textu* vs. 1. *leg.* σκοτασμὸν, pro — μός.

P. 19. vs. 20. leg. *Siloam*.

P. 26. in *Textu* vs. 1. *leg.* κθερέσιον, pro καρ.

P. 50. vs. 18. *Adde:* Procop. in Esaj. p. 217. *Sodoma* reddit, ἔγκλησις. Idem rectius p. 17. ἔκκλισις, ut *h. l.* quod forte referendum ad שׂטה *declinavit*, pro quo LXX. ἐκκλίνειν.

P. 70. in *Textu* vs. 1. *leg.* ἐφιστῶν, pro ἐφιστώς. Vid. *Addend.* p. 193.

P. 90. in *Textu* vs. 3. *leg.* διηνεκῶς, pro — κές.

P. 97. in *Textu* vs. 1. *leg.* ἐκπεπτώκασι, pro ἐπεπτ.

P. 108. vs. 4. *Adde:* Hesych. Ἐκ φυράματος. ἐκ σπέρματος. ex *Rom.* IX. 21.

P. 115. vs. 10. *Adde:* Artemidor. *Oneirocrit.* III. 28. p. 175. laudat Melampii librum περὶ τεράτων καὶ σημείων.

P. 119. ad I. *Cor.* II. 4. *Adde:* Vide, num πειθοῖς natum sit ex scribentium compendio, quo ς pro καὶ usurparunt. Ita vero πειθοῖ ς (id est, πειθοῖ καὶ) facile migrare potuit in πειθοῖς. Quae conjectura si procedat, lectio erit facilis: οὐκ ἐν πειθοῖ καὶ ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις.

P. 150. ad n. 9. *Adde:* Artemidor. IV. 2. p. 201. Ἀλληγορικοὺς (καλοῦμεν) τοὺς τὰ σημαινόμενα δι' αἰνιγμάτων ἐπιδεικνύντας.

P.

OMISSA & COMMISSA.

P. 230. vſ. 14. *leg.* ἐλκόμενον, pro ἑκλ.


P. 282. vſ. 15. & 18. *leg.* Ὀμώμοκα, pro Ὀμέ-μωκα.

P. 307. vſ. 6. *a fin.* pro Ἀλλώδων NB *leg.* Ἀελ-λώδων.

P. 317. vſ. 3. *leg. Iliad.* Φ. 259. Et hinc intelli-ge Heſych. in Δαμάρης. ὀχετός.

P. 318. vſ. 21. pro Βύτρος leg. Βύταρος.

Pauca tantum errata vides B. L. quae ante lectionem, quaeſo, corrigas. Alia ex MSS. ſerius inſpectis adnotavimus in *Addendis* ad Gloſſarium N, F. p. 188. & ſeqq.



JOSEPHUS AURELIUS DE JANUARIO,

Advocatus Neapolitanus,

In elegantiſſimo libro, qui *Reſpublica Juriſconſultorum* inſcriptus, p. 218. *ed. Mencken.*

Perfecti conſummatique judicii Virum dedecet, ea noſſe parum, vel prorſus nihil, quae fatuitatem, ſi neceſſaria ſint, ſi utilia, imprudentiam, ruſticitatem denique arguunt, ſi ſint delectabilia. Miſera eſt & infelici macritudine collabaſcens doctrina, quae in ſuo ambitu arcte ſe continet, & ad alienos fines timida non excurrit. Sicca enim, & pallida, langueſcet, nullo unquam uſu commendabilis.

GLOS-

ATIONES.

ποιη — ποιηρᾶς	υψ — υψ
πρατγομ — πραττομένη	ς — ςη
προ — προς	φ — φι
σιν — σιν	χαρ — χαρη
σις — σις	ς — ως in fine
σφ — σφ	
σηρ — σωτὴρ	In Gloss. Nomic
σριας — σωτηρίας	ἀγω — ἀγωγὴ
τ — τὰ	ἀναλ — ἀναλαμβάνει
τ — ταῖς	αὐ — αὐτὸ
τ — τες	ς — καὶ
τ — τὴν	μ — μένων
τ — τῆς	μι — μια
τ — τος	ν — νομίσματος
τουμ — τμειον	ν — νόμισμα
τη — τη	προ — πρότερα
τ — των	χ — Χιλίων
υσ — υἱός	⁊ — pro ū

GLOSSARIUM GRAECUM
IN SACROS NOVI FOEDERIS LIBROS.



ΛΕΞΕΙΣ
Ἐγκειμένων [1] τοῖς ἁγίοις Εὐαγγελίοις.

ΚΑΤΑ [2] ΜΑΤΘΑΙΟΝ.





Βαρθολομαῖος 3. υἱὸς κρεμάσας 4 ὕδατα.

Βηθ-

NOTAE.

1. Ἐγκειμένων.] Ita Cod. Reg. Deest in MS. nostro.

2. ΚΑΤΑ Μ.] Cod. Reg. Ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ.

3. Βαρθολομαῖος.] Matth. X. 3.

A 4.

Βηθσαϊδά [5]. οἶκος ἐπισιτισμοῦ, ἢ ἐλαίας [6].

Βὰρ Ἰωνᾶ [7]. υἱὸς περιστερᾶς.

Βηθ-

NOTAE.

4. Κρεμάσας.] Sic & Cod Reg. & Lexicon Origen. p. 195. *ed. Martian.* Hesych. κρεμάσαντος, ut Hieronym. *Filius suspendentis aquam.* Notum est, alludi ad בר υἱὸς, תלה κρεμάσας, vel κρεμάσαντος, & מים ὕδατα.

5. Βηθσαϊδά.] Matth XI. 21 Meminit etiam Suidas. MS. noster male, Βιδεσσαϊδά. In prima significatione est ex בית *domus*, & שדה *arva frugifera*, juxta Martianaeum. Immo potius a צדה vel צידה pro quo LXX. passim ἐπισιτισμὸς, i. e *commeatus*, *viaticum*. Hieron. *Venatorum*: ab eadem radice. V. inf. Σιδών.

6. Ἡ ἐλαίας.] Cod. Reg. ἢ οἶκος ἐλ. Respicitur in hac significatione Hebr. זית *olea* vel *oliva*, ut sit *Bethzaitha* pro *Bethsaida*. Vid. Martian. Pro *zaith* Syriaco & Arabico idiomate *Zeithuna* dicitur; ex quo vocabulo Vir Doctus explicat locum Hesychii: Ἀθῶναι (ita enim ex Etym. M. legendum pro Ἀθλῶναι.) ἡ ἐλαία. Minervaeque nomen Graecum ab *olea* repetit quod tamen ex Aegyptiorum lingua tutius arcessi, apud Doctos constat. Vid. Platon. *Tim.* p. 1043. Sed haec alias.

7. Βὰρ Ἰωνᾶ.] Matth. XIX. 17. Cod. Reg.

Βηθσφαγὴ [8]. οἶκος σόματος, ἢ φάραγγος.

Βηθανία [9]. οἶκος ὑπακοῆς.

Βαραχία [10]. εὐλόγησιν κύριος.

Βαρ-

Notae.

Reg. Βαριωνᾶ. Ex בר *filius*, & יונה *columba*. Suid. Βάρ. ὁ υἱός. ὡς τὸ, Βὰρ Ἰωνᾶ. Conf. eund. in Βαργαδώθ, & Βάρνη. Hinc Hesych. forte Βὰρ reddit μικρόν. De quo alias. Vid. porro Lex. Origen. Colbert. p. 251. & 259. ubi Ἰωναθάν redditur, περιστερὰ ἐρχομένη. (ex יונה *columba*, & אתה *venit*) Et: Ἰωνᾶς. περιστερά. Sic & Hesych. in loco corrupto.

8 Βηθσφαγή] Ita etiam plurimi Codices Matth. XX . 1. V. Drus. *ad voces N. T.* p. 38. & *Not.* inf. in Πιλάτε. Cod. Reg. & Suid. Βηθφαγὴ, ut v. g. Ex בית & פה *os*, & in altera significatione ex גיא, pro quo LXX. passim φάραγξ, *vallis*. V. inf. Γεέννης.

9. Βηθανία.] Matth. XXI 17. Ex בית *domus*, & ענה *respondit*, *exaudivit*. Οἱ ό 2 *Sam.* XXII. 36. ὑπακοὴ, pro Hebr. ענות. Theophylactus cum glossa nostra consentit. Vid. Suicer. *Thes. Eccles.* & Suid.

10. Βαραχία.] Matth. XXIII. 35. Cod. Reg εὐλόγησε K. Ex ברך *benedixit*, & יה *Dominus*. V. inf. in Ἀβιά. Hesych. Ἰα. — δέ-

 νέμφεν

Βαραββᾶν [11]. υἱὸν διδασκάλου, ἢ υἱὸν πατρὸς.

Γεννησαρέτ [12]. κῆποι ἀρχόντων.

Γε-

NOTAE.

νόμενον τὸ Θεὸν σημαίνῃ καθ' Ἑβραίους. De quo postea Vide interim Fuller. *Miscell. Sacr.* IV. 14. & Cl. P. Wesseling, *Probabil.* p. 287. Idem Lexicographus: Βαρούχ. εὐλογημένος. In Fragmento primo Lexici Origeniani *ed. Martian.* p. 113. Βαρούχ. εὐλογία, ἢ εὐλογεῖτε. Forte postremo loco εὐλογημένος scribendum, ut Hesych. & Lex. Orig. Colbert. p. 253. vel potius εὐλογητὸς, ut Cod. Reg. p. 170. & Lex. Orig. p 197. Legitur etiam in Cod. Colbert. Βαρούχαβε. εὐλογημένος ὁ πατήρ. ex ברוך & אב.

11. Βὰρ ἀββάν.] Sic MS. At Reg. Βαραββάν. Matth. XXVII. 16. Βαραββᾶν. Ex בר *filius*, & אבא vel אב quod *patrem* & διδάσκαλον denotat, saltem ex usu. (Nisi hic רב malis. V. inf. in Ῥαββι, & conf. Drus.) Hinc *Abbas*; & Cypriorum Ἀβὰθ, quod apud Hesych. redditur διδάσκαλος. ubi plura D. Heinsius. Cyrilli Lex. MS. Ἀββάθων. διδάσκαλος. At Cl Biel ex Cyrilli Gloss. inedit. Biblioth. Bremensis adfert: Ἀββᾶς. εὐήθης διδάσκαλος. Vid. Ipsius Specimen *Hesychii Sacri*.

12. Γεννησαρέτ.] Sic & Suidas. Cod. Reg.

Γεν-

Γεέννης [13]. Φάραγγος.

Γεργεσινῶν [14]. προαστείων, ἢ προσηλύτων.

Γα-

NOTAE.

Γεννεσαρέτ. Matth. XIV. 34. Γεννησαρέτ. Ex גני *horti*, in plur. constr. & שרים (vel סרים Syr.) *principes*. Hinc liquet in Hieron. non *ortus*, *principium*, sed *hortus principum* legendum; ut recte, post Drusium, Martianaeus: quamquam *principium* forte est Genit. antiquus pro *principum*, ut in Iustino & Pandectis Florentinis, notante eodem Drusio. Posset tamen *ortus principum* aliunde desumptum esse ab Hieronymo. Certe Hesychius post V. Γένυς scribit: Γεννισαρέτ. (pro Γεννησαρέτ, ex antiqua pronunciatione) πατὴρ ἀρχόντων. cum quo convenit *ortus principum*. Ad priorem vocis nostrae partem refer Hesychii glossam: Γάνεα. κόπυς. ubi recte ὁ πάνυ, κῆπυς. Mox ibid. Γάνος. παράδεισος. Sed in ἡδονὴ, quod addit, respicitur עדן *Eden*.

13. Γεέννης.] Matth. XXIII. 15. 33. Ex גיא *vallis*. LXX *Jos*. XV. 8. εἰς φάραγγα Ἐννόμ. V. Sup. in Βηθσφαγή. Suid. Γέεννα. ἡ καταδίκη. Male Γέενα in ed. Kust.

14. Γεργεσινῶν.] Reg. male Γερσεσινῶν. nisi fuerit Γερασηνῶν, ut quidam libri Matth. VIII. 28. ubi Γεργεσηνῶν. conf. Suid. Ad προα-

 στείων

Γαδαρηνῶν 15. γενεᾶς οἶκος αὐτή.

Γολ-

N O T A E.

ϛείων pertinet Hebr. מגרש *suburbanum praedium*, pro quo LXX. προάστειον. *Num.* XXXV. 2. 7. a גרש *expulit*; unde *Girgasaei* in Sacris. In προσηλύτων respicit Hebr. גר *peregrinus*; unde Hesych. Γειώρας. γείτονας ἐξ ἄλλου γένους, καλουμένους τῷ Ἰσραὴλ προσηλύτους. Conf. G. Dous. *Iter Constantinop.* p. 29. 34. & P. Colomes. *Obs. S.* p. 57. Lex. MS. *Octateuchi*: Γιώρας. φύλακας, ἢ παροίκους.

15. Γαδαρηνῶν.] Deest integra glossa in Cod. Reg. Et certe in Matth. Γαδαρηνῶν non reperitur, sed Marc. V. 1. Luc. VIII. 26. 37. Codex Colbertinus: Γαδαρηνῶν. (ita rectius) γενεᾶς οἶκος αὐτή. M5. noster male οἶκον. Est autem a גדר vel גדרה *ma·eria*, ut Alii observarunt. Hesych. Γάδειρα. τὰ περιφράγματα. Φοίνικες. Vide Summos Duumviros, Bochart. *Geogr. S. P.* II. L. I. c. 34. p. 608. & Casaub. ad Strab. L. III. p. 140. Hinc in Fragm. IV. Lexici Orig. p. 147. pro Γαιδάδ, πετειχισμένη, lego Γαιδάρ. Confudit scil. glossator ille ר & ד. Hieron. *Gedera maceria, sive sepes.* Vide porro, num in γενεᾶς respexerint olim ad vocem גן (V. inf. ad Luc. in Νινευή.) unde ינון *sobolescet*, de

quo

Γολγοθά [16]. κρανίου.

Ζεβεδαίου [17]. παροικίζοντος.

Ζαχαρίας [18]. μνήμη Κυρίου.

Ζαχ.

NOTAE.

quo plura passim Eruditi, *Psalm.* LXXII. 17. Denique αὐτὴ est היא Ex 3. itaque vocibus נדר, הא & נין conflarunt hunc sensum. Nisi potius in γενεᾶς lateat Hebr. דור vel דר *generatio*, *aetas*, pro quo LXX. ubivis γενεά.

16. Γολγοθά. κρανίε.] Matth. XXVII. 33. Satis de hoc alii.

17. Ζεβεδέε.] Ita Noster. at Cod. Reg. Ζεβεδαίε, ut Matth. IV. 21. quod praestat. scil. αι & ε eodem fere modo pronunciabant. quod jam tyro norit. Male Reg. παρμικίζοντος, ex adfinitate iterum soni, pro παροικίζοντος, ut correxit Martianaeus, & in MS. nostro clare legitur. Respondet τῷ זבל *cohabitavit*, ut bene Martianaeus. Idque rectius intelliges ex suavi adliteratione verborum זבר (unde proprie *Zebedaeus*) & זבל *Gen.* XXX. 20. de quo luculenter, more suo, egit Celeb. A. Schultens (Praeceptor olim, cujus amicitiam veneror) *Orig. Hebr.* p. 101.

18. Ζαχαρίας.] Matth. XXIII. 35. Omnes

Ζακχαῖος [19]. δίκαιος.

Ἡλιακίμ [20]. Θεοῦ ἀνάστασις.

Ἡλιοῦ [21]. Θεός μου αὐτός.

Ἠλεὶ

NOTAE.

norunt, esse ex זכר *memoria*, & יה *Dominus*. V. inf. in Ἰσκαριώθ.

19. Ζακχαῖος.] Male inter Matthaei nomina Hebraica censetur: occurrit enim Luc. XIX. 2. 5. 8. Sermone Syro autem, non Hebraeo, *justus* ita dicitur, notante praeter alios Martianaeo: etsi non dubito, quin זכה & זכך i. e. *purus fuit*, eodem sensu etiam apud Hebraeos viguerit: quemadmodum Gr. καθαρὸς & Lat. *purus*, iisque contraria vocabula, a notione physica ad moralem translata sunt. Ita زكا apud Arabes notat, *purus*, item *justus*, *pius fuit*.

20. Ἡλιακίμ.] Cod. Reg. Ἐλιακίμ. Alii Ἐλιακείμ. Matth. I. 13. & Ἡλιακὴμ quidam legunt Luc. III. 30. Ex אל & קום *surgere*, unde הקים *resuscitavit*. V. inf. Ταλιθὰ κοῦμι.

21. Ἡλιοῦ.] Rectius Ἠλιοῦ, sine adspiratione. Est אליהו nomen *Eliae* Prophetae. Ex אלי *Deus meus*, & הוא *ipse*. Matth. XI. 14. & alibi est Ἡλίας (quod sequitur) nusquam Ἡλιοῦ, in hoc Euangelio; Sed *Eliud* legitur

c.

Ἠλεὶ [22], ἠλεὶ, λεμὰ σαβαχθανεί. Θεέ μου, Θεέ μου, ἱνατί με ἐγκατέλιπες;

Ἡλίας

NOTAE.

c. I. 14. quod forte voluit, omissa ultima litera, ut saepius alibi in Nominibus Hebraicis. Obiter addo depravatam Hesychii glossam: Ἀβδιοῦ. ἑρμοῦ δοῦλος ἐξομολογητός. ubi de Mercurio, Deorum nuntio, i. e. *servo*, frustra cogitavit Vir Doctus. Per compendium enim ἑρμ. positum fuit pro ἑρμηνεύεται, voce in his rebus usitata, etiam apud Hesychium. עבד autem est δοῦλος, עבדי δοῦλός μου, aut, si Jod paragogicum statuas, simpliciter δοῦλος. In ἐξομολογητὸς respicitur τὸ ידה Hiph. הודה *confessus fuit*, unde Hesych. Ἰοῦδας. ἐξομολόγησις Θεοῦ. Sic & Gloss. MSS. in *Psalmos*, omisso Θεοῦ. Conf. *Gen.* XLIX. 8. Itaque Ἀβδιοῦ pro Ἀβδιοὺδ, ut Ἀβιὰ (quod infra ex Luca,) & Ἀβιοὺδ permutarunt. Conf. Cl. Ed. Bernard. in *Anecd. Gr. Wolf.* T. IV. p. 174.

22. Ἠλεὶ &c.] Cod. Reg. Ἠλὶ, ἠλὶ, λεμὰ σαβαχθανί; Sic Matth. XXVII. 46. ubi Ἠλὶ & λαμὰ rectius. Cod. Colbert. Ἐλοὶ, Ἐλοὶ, λιμὰ σαβαχθανή; —— τί με &c. Corrige ex Marc. XV. 34. Inspici meretur adcuratissimus Drusius *comm. poster. ad voces N. T.*

Ἡλίας [23]. Θεός μου Κύριος.

Θωμᾶς [24]. ἄβυσσος, ἢ δίδυμος.

Ἰησοῦ. [25] σωτὴρ, ἢ σώζεις, ἢ σώζων.

Ἰεσ-

NOTAE.

p. 197. Suidas: Ἠλὶ, ἠλὶ, λιμᾶς ἀβαχθανί. Θεέ μου, Θεέ μου. Reliqua ſupple ex Gloſſario noſtro, & corrige priora, ubi *ſigma* perperam avulſum a ſua voce. Hinc apud eund. Ἀβαχθανῆ etiam redditur ἐγκαταλελειμμένος.

23 Ἡλίας.] In Cod. Reg. ſequitur poſt Ἠλιοῦ. V. ibi *Not*. Quando hic pro ἀυτὸς legitur Κύριος, reſpicitur יה.

24. Θωμᾶς.] Hinc Heſychii gloſſa, totidem verbis. In ἄβυσσος reſpicit תהום *abyſſus*. Conf. Martianaei Fragm. I. p. 115. & Lex. Origen. p. 209. & inf. in Πύθων, ad *Act*. XVI. 16. Cod. Colb. p. 257. explicat, ἀκατάληπτος. Sic Ἄβυσσος Heſychio ſunt ὕδατα ἀκατάληπτα. In δίδυμος, quod cognomentum eſt Thomae, recurre ad תאם *gemellus*, a R. תאם Arab. تام *gemellus fuit*. V. Matth. X. 3. coll. Joan. XI. 16.

25. Ἰησοῦ] Matth I. 1. &c. Cod. Reg. Ἰησοῦ. σωτὴρ, σώζων, ἢ σώζει. A ישע cujus ſenſum ex Arabiſmo primus feliciter eruit Cl. Schultens *Orig. Hebr.* p. 18. &c. Vide, ſis, etiam Cl. Druſ. *ad Voces N. T.* ubi Irenaei aenigmati-

Ἰεσσαί [26]. νήσου κάρπωμα.

Ἰωσήφ [27]. προστίθων.

Ἱερουσαλήμ [28]. ὅρασις εἰρήνης.

Ἰσκαριώθ [29]. σκηνὴ θανάτου, ἢ μνημόσυνον θανάτου.

Ἰερι-

NOTAE.

maticam nominis JESU deſcriptionem pulchre exponit. Adverte ſimul, quibus in deliciis Docti ſubinde verſentur, quas rident imperiti.

26. Ἰεσσαί.] Matth. I. 5. Ab אִי *inſula*, & אִשָּׁה quod LXX reddunt κάρπωμα. Vid. Martian. Drusius ab אִי, & שַׁי *munus*. Eum confer.

27. Ἰωσήφ.] Matth. I. 16. Cod. Reg. προστίθων. Malim προσθήκη, ex Cyrillo, vel προστιθείς. A יָסַף *adjecit*. V. inf. in Αὐγούστου. Conf. Suicer. *Theſ. Eccl.* & *Gen.* XXX. 23. 24. ubi duplex paronomaſia.

28. Ἱερουσαλήμ. &c.] Matth. XXIII. 37. Sic Cod. Reg. Deeſt gloſſa in Cod. noſtro. Vid. Cel. Reland. *Palaeſt.* p. 833.

29. Ἰσκαριώθ.] Matth. X. 4. Ἰσκαριώτης. Vid. Drusium. C. Reg. ἢ μνημόσυνον, ἢ μνεία θαν. MS. noſter: σκ. θ. ἢ μνή θαν. cum μ incumbente literis νη. quod forte compendium pro μνῆμα, vel μνήμη. Conf. eximii Viri,

Ἱεριχώ 30. κατάβασις ἀγρῦ, ἡ ἐξορία 31, ἡ ὄσφρησις 32, ἡ σελήνη 33.

Καϊάφας 34. ἰχνευτής.

Ko-

NOTAE.

Viri, B. Montfauconii *Palaeogr. Gr.* p. 344. Ex זכר *memoria*, & כרת *exſcidit.* Ita Martianaeus. Vid. ſup. in Ζαχαρίας. Nam Καρμῶσαι, ἀποκτεῖναι, apud Heſych. aliud eſt. An in σκλωὴ reſpicitur ad Hebr. סך? Niſi ipſum illud σκλωὴ corruptum ſit ex μνήμη vel μνεία. Sed obſtat Suidas, qui pariter σκλωὴ θαν.

30. Ἱεριχώ] Matth. XX. 29. MS. κατάβασης, pro κατάβασις. A ירד *deſcendit.* V. inf. in Ἰορδάνης. Sed unde ἀγρῦ? An ab ארח *iter, via, ſemita?* vel Chald. ארקא *terra?*

31. Ἐξορία.] An ex ריק *evacuavit*, vel רחוק *longinquus?* Jeſ. LVII. 9. pro עד־מרחוק LXX. ὑπὲρ τὰ ὅρια σου.

32. Ὄσφρησις.] A ריח *odor.*

33. Σελώνη.] MS. σελίνη. Hebr. ירח *Luna.*

34. Καϊάφας.] Matth. XXVI. 3. A קוף vel יקף *circumivit.* Niſi malis huc revocare τὸ כף *planta pedis.* pro quo LXX. paſſim ἴχνος.

35.

Κοδράντην [35]. λεπτὸν, ἢ σκοτασμὸς [36].

Κεφ-

NOTAE.

35. Κοδράντην.] Matth. V. 26. Lexicon Origen. p. 217. Κοδράντης. λεπτὸν ἓν, τὸ λεγόμενον νουμίον. Similiter Hesych. ante V. Κοδομεὺς scribit: Κοδράντης. τὸ πᾶν —— ἢ λεπτόν. At suo loco: Κοδράντης. τὸ πᾶν, ἢ λεπτὰ δύο. Idem post V. Ἄσπαπτον, in Ἀσσάριον. —— τὰ δὲ δύο λεπτὰ κοδράντης (ita Plut. in *Cic.* p. 875. C. etiam pro Κοδρ.) εἷς &c. Ad quae loca plura posthac. Tantum addam, Κοδράντην valere λεπτὰ δύο, ex auctoritate D. Marci XII. 42. cum quo faciunt, praeter Suidam, Photius & Cyrillus in Lexicis ineditis. Adeoque λεπτὸν explicandum videtur ex collatis locis Matth. V 26. & Luc. XII. 59. In illo ἔσχατον κοδράντην habes, in hoc ἔσχατον λεπτὸν, quod adagii speciem habet; quo tendit Hesychii τὸ πᾶν. Veteres autem inde simpliciter collegerunt, κοδράντην & λεπτὸν ἰσοδυναμεῖν. Quod falsum. Vid. Illustr. Jos. Scalig. *de Re Nummar.* p. 59. & Cl Ed. Bernard. in *Anecdot. Graec.* a J. C. Wolfio editis, *Tom.* IV. p. 258.

36. Ἢ σκοτασμός.] Sic & Cyrill. Lex. MS. Cod. Reg. addit αὐτῶν. Vid. *Not.* seq. In σκοτασμὸς respicitur τὸ קדר *obtenebratus*, vel *atratus fuit*, notante Martianaeo. Lexicon

Ori-

Κορβὰν 37. προσφορὰ, ἢ δῶρον αὐτῶν.

Κα-

NOTAE.

Origen. p. 217. Κυδάρ (Leg. Κηδάρ) συσκοτασμὸς, ἢ σκότος Colbert. Cod. p. 261. Κήδαρ. σκοτασμός. Glossae MSS. in *Psalmos* Κηδάρ. σκοτισμός. In Fragm. V. Cod. Reg Κηδάρ ὀστρακίνη V. ibi Martian Huc pertinet Hesychii glossa: Κηδάρ. πένθος. *Atra* enim & obscura *luctui* conveniunt. Ex *Ps.* CXX. 6. *Cantic.* I. 5. Conf. in Συχάρ. & Cl. Wesseling *Probabil.* p. 288.

7. Κορβάν. —— δῶρον αὐτῶν.] Cod Reg. illud αὐτῶν omittit, quod adiectum vidimus superiori vocabulo post σκοτασμός Forte ibi loco motum fuit. Hic enim retinere malim, quia in Matth. XXVII. 6. legitur κορβανᾶν, quae terminatio ᾶν ad normam Hebraici sermonis redditur αὐτῶν. Suidas Κορβονᾶς. Sic omnes editiones: quamvis Cl. Kutter. Κορβανᾶς ediderit. Phavor. Κορβωνᾶς, ut apud Joseph. *Bell. Jud.* II. 9. p. 167. ubi Κορβανᾶς ex MS. restituit Cl. Havercampus noster. Idem Varinus: Κορβᾶ (Κορβὰν recte l. Drus.) οὐκ ἔστιν ἡ δωρεὰ καὶ ἡ προῖξ, ἀλλὰ κυρίως ἡ προσφορὰ λέγεται At Maic. VII. 11. Κορβὰν ὅ ἐστι, δῶρον. Sic & Joseph *Ant. Jud.* IV. 4. p. 205 idem *cont. Apion.* l. I. p. 453. *ed. Hav.* explicat δῶρον Θεοῦ. Passim קרבן in

Levit.

Καναναῖος [38]. κεκτημένος.

Λεββαῖος [39]. καρδία.

Μαριάμ [40]. Φωτίζουσα.

Ματ-

NOTAE.

Levit. Glossarium Codicis Euang. Coislin. CXCV. Κορβᾶν. δωροδοχεῖον λέγεται &c. ὡς Ἰώσηππος μαρτυρεῖ

38. Καναναῖος.] Matth. X. 4. Κανανίτης. ubi al. Codd. Καναναῖος, ut hic, & Χαναναῖος, quod infra. In κεκτημένος respicit Glossator τὸ קנה. Inf. in Nominibus Joanneis: Κανά. κτῆσις, ἢ ἐκτήσατο. Lucas vero Κανανίτην reddidit Ζηλωτὴν, c. VI. 15. a קנא. Vid. Drus. & inf. ad Luc. in Καίσαρος.

39. Λεββαῖος.] Matth. X. 3 Cod. Reg. Λεβαῖος. At Colb. & Suid. Λεββαῖος. A לב *cor.* Λεβαῖος scripsit etiam Hesychius, aut quisquis glossae auctor sit. post V. Ἰαρ. De quo loco suo tempore videbimus.

40. Μαριάμ.] Matth. I 20. &c. Pro φωτίζουσα, Cod Reg. vitiose ὠτίζουσα Sed inspecto Origenis Lexico, inquit Martianaeus, inveni scriptum φωτίζουσα, *illuminatrix* Ita ergo legendum recte statuit Vir Doctus. MStus autem noster clarissime exhibet φωτίζουσα, ut in Cod. Colbert. scil. ab אור (quod passim per φωτίζειν & φωτισμὸν reddunt

οἱ

Ματθαῖον 41. δωματισθέντα.

Μαγ-

NOTAE.

ὁι ὁ) Particip. fem. in Hiph. מאירה unde *Maria*. Nisi a כראה R. ראה quis malit arcessere hanc interpretationem. Saltem הראה *Judic.* XIII. 23. LXX. vertunt φωτίζειν. Cl. Suicerus T. I. p. 303. significationem τοῦ φωτισμοῦ, quam & Gregorius Thaumaturgus exhibet, a Rabbin. כר *Doctor* derivatam vult. Inf in Lucae Nominibus Μαρία redditur Κυριεύουσα, ex alio etymo. Ibid. Ἰάειρος. φωτισθείς. pariter ab אור. Conf. Ὀρνὰ in *Not.* ad V. Νῶε.

41. Ματθαῖον.] Matth. IX. 9. Pro δωματισθέντα, Cod. Colb. δωματισθέντος. Rescripsi δομαπισθέντα, cum Doct. Martianaeo, a δόμα *donum*: quamvis δοματίζειν pro *donare* mihi non occurrerit. Idem vitium in loco Hes. mox proferendo, & in Glossis Nomicis: Ἰνδάνδο. ἐν δώσει. Scrib ἐν δόσει, ut est in MS. meo. Hesych. Ματθαῖος. δεδωρημένος. plane ut in I. Fragmento Nom. Hebr. p. 115. Addit Lexicographus: Ματθίας ἢ, δῶμα Θεοῦ. Corrige δόμα, ut Cod. Reg *loc. cit.* p. 115. Est enim a מתן־יה *donum Dei*, a R. נתן *dedit*. Infra in Lucae Nomin Ναθὰν ἔδωκεν, ἢ δόσις, ἢ διδόντος. Apud Suid. in Ἰώσηπος, pro

Ματ-

Μαγδαλινή [42]. ἐκ πύργυ.

Ναζαρέθ [43]. ἀκρέμονος, ἢ καθαρός.

Να-

NOTAE.

Ματθαίκ παῖς Cl. Drusius recte Ματθὶκ emendat. Ita enim Sophronius, a Kustero laudatus. Hoc ἐν παρόδῳ. In Cod Colbert. Lexici Origen. p. 263. legitur: Ματθαῖος. δόξα ζωῆς. ubi in ζωῆς cogitandum de voce חיים vel חיה. nam in interpretatione Nominum Hebr. literas gutturales אהחע permiscuerunt non tantum, sed & passim legerunt quasi simplex A. Porro pro δόξα, vel δωρεὰ legendum, vel δόμα.

42. Μαγδαλινή.] Ita MS. ut passim alibi η, ι, &c. miscentur, ob soni similitudinem. Μαγδαληνὴ Matth. XXVII. 56. A מגדל turris. Vid. Hieronym. *Nom. Hebr.* Huc pertinet illud Hesychii: Μάγδωλος. οἰκοδόμημα τι. Conf Herodot. II. 159. ἐν Μαγδόλῳ. ibique Tho. Gale. Suidas: Μαγδαληνή. ἀπὸ τόπε.

43. Ναζαρέθ.] Matth. II. 23. Cod. Reg. Ναζαρέτ. ἀκρέμονος αὐτῦ. ut Hieron *Virgultum ejus*. A נצר *surculus*. V. mox Νάζαρ. Conf. Drus. In καθαρὸς alluditur ad *Nazaraeos*, a נזר *custodivit:* unde *puritatis* notio

Ναζωραῖος [44]. καθαρός.

[Ναζηραῖος. ἐξιωθισμένος [45].]

Νά-

NOTAE.

a conſequenti. Conf. & in Φαρισαῖος. Inf. in Nom. Joan. Ναζαρέθ. καθαρότης. V. ſeq. Voc. Et Lex. Orig. p. 225. Ναζαρέθ. καθαρότης.

44. Ναζωραῖος.] Cod. Colbert. Ναζωραῖος. quod praefero Ita ſaepius in N. T. & Matth. II. 23. in optimis editionibus; ut & Ναζαρηνὸς, & Ναζαραῖος alibi. V. praeced. *Not.* Lexic Origen. p. 227. Ναζωραῖος. ἅγιος, ἢ καθαρός. Et: Ναζειραῖος. ἅγιος, ἢ καθαρώτατος, ἢ ἐκ κοιλίας μητρὸς ἀφωρισμένος Θεοῦ. f. l. Θεῷ, ut in Lex. MS. Bibl. Coislin. 236. Ναζιραῖος. ὁ Θεῷ κεχαρισμένος. ubi Celeb. Montfauconius legendum conjicit κεχωρισμένος. Hinc ſimul reſtituenda Heſychii gloſſa: Ναζιραῖος. ὁ Θεῷ κεχαρισμένος καὶ ἀφιερωμένος. ubi, ut & in Suida (quem vide) κεχωρισμένος maluit quoque Erudit. Martinius in Etymol. Certe Hieron. interpretatur: *mundus*, *ſanctus*, *ſive abjunctus*.

45. Ναζηραῖος. ἐξιωθισμένος.] *obſtupefactus.* Sic in Cod. Reg. Et in Fragm. V. p. 163. ἐξιωθίμενος. In MS. noſtro haec & ſequens gloſſa non exſtat. Et poſſumus iis carere; ne-

[Νάζαρ. ἄνθη [46].]

Νεφθαλίμ. συνανέστρεψάς με [47].

Ῥα-

Notae.

neque enim pertinent ad Matthaeum, quem rubrica hactenus praefert. Pro ἐξιωθισμένος, leg. ἐξηνθισμένος, ut habet *Expositio MS. Nomin. Hebr.* in Bibl. Leid. p. 396. *Catal* N. 20. pro quo in alio Cod. N. 63. ἐξανθισμένος.

46. Νάζαρ. ἄνθη.] Ita in C. Reg. Vid. *Not.* Martian. qui mavult ἄνθος. Ita sc. LXX. pro נצר Jesaj XI. 1.

47. Νεφθ. συναν. με.] Matth. IV. 13. Ex פתל Niph. נפתל *intorqueri*; quod ad *fraudes*, tum ad *luctam* refertur, ratione manifesta. Conf. *Gen.* XXX. 8. ubi Rachel: Συναντελάβετό μου ὁ Θεός· καὶ συνανεστράφην τῇ ἀδελφῇ μου. Aquila, συνανέστρεψέ με. Hebr. נפתלתי. Inde filius ejus Νεφθαλείμ dictus, sive, ut alii, Νηφθαλεί: μ enim in fine redundat, ut in *Siloaam* pro *Siloa*. &c. Conf. Drus. Ceterum Cod. Reg. Νεφθ. συνανέστρεψέν με. καὶ Νεφθαλείν, ἀντίληψις ἀοράτου. (ex cod. loc. *Gen*) Martian. ex MS. Cod. profert: Νεφθαλείμ. ἀντίληψις. καὶ Νεφθαλίμ, συνανέστρεψέν με. Cod. Colbert. Νηφθαλείμ. συνανέστρεψέ με. ut Aquila. Sic & Voss. Codex, qui Νεφθαλύμ.

Ῥαμά. ὑψώθη ἡ ἀρχή [48].

Ῥα-

NOTAE.

48. Ῥαμά. &c.] Matth. II. 18. Hebr. רמה R. רום. Cod. Reg. Ῥαμᾶ. ὑψώθη ἡ χείρ. Et praecedunt ibi ex serie nomina Πόντιυ, Πιλάτυ & Πέτρος. At series non adcurate servatur in his Glossis: immo neglectior elementorum ordo tum hic, tum in aliis Glossariis, vetustatem redolet non raro, ab otiosis deinceps hominibus emendandi sub specie corruptus, aut nativa saltem privatus forma. Illa vero tria nomina prorsus, Martianaeo teste, omisit Colb. Codex, subjungens post Νεφθαλείμ statim Ῥαμά, ut Noster. Idem Colbertinus legit: ὑψώθη, ἡ ἀρχὴ ὑψηλή, quibus interpretatur (inquit Martian.) nomen *Roma*, cujus *principatus* fuit omnium *excellissimus*. Et ea quidem lectio non displicet; in ceteris ampliandum censeo. Omnino ad Matth. loc. pertinet Lex Origen. p. 243. Φωνὴ ἐν Ῥαμά. βοὴ ἐν γῇ ὑψηλῇ. (*Expositio MS. Nom. Hebr.* Φωνὴ ἐκ Ῥαμά. Φ. ἐκ ὑψηλῆς.) Et in Fragm. II. p. 127. Ῥαμᾶ. ὑψηλῇ. Cod. Colb. p. 265. Ῥαμμά. ὑψηλή. Sic inf. Ῥαμά. ὑψηλή. Iisdem verbis Hesych. ante V. Ῥαθάδυμα. & postea: Ῥαμάς. ὁ ὕψιστος Θεός. de quo Bochart. *Geogr.* S. P. II. L. II. c. 12. p. 745. Ex eodem fonte idem Lexicographus: Ἀερίμ. μετέωροι.

pro

Ῥαχὴλ 49. πρόβατον.
Ῥαάβ 50. ἐπλατύνθη.
Ῥὼθ 51. σπεύδουσα, ἢ ὁρῶσα.
Ῥακκά 52. κενός.

Ῥαβ-

Notae.

pro quo alibi Ῥάμ. Conf. inf. in Ἀριμαθαίας, ad Marcum. Sed pergamus.

49. Ῥαχήλ.] Matth. II. 18. Hebr. רחל ovis. Vid. Druf. Cod. Coislin. I. Θεῦ πρ.

50. Ῥαάβ.] Ita Hebr. XI. 31. Sed malim Ῥαχάβ, ex Matth. I. 5. An eaedem sint, nunc non dispuro. Est a רחב *dilatari.*

51. Ῥὼθ.] Matth. I. 5. Prior interpretatio pertinere videtur ad Hebr. רוץ *currere*; posterior ad ראה *videre*. V. inf. in Ἡρώδης, & Τιβερίου.

52. Ῥακκά.] Matth. V. 22. Ῥακά. Cod. Reg. Ῥακά. κενέ. in Vocat Colb. p. 285. Ῥακά. κενός. at Ῥακκά, p. 265. ut & Hesych. ubi Drusius Ῥακά corrigit. A ריק. Plura passim Eruditi. Confer, si tanti sit, *Observat.* nostras ad Matth. *l. c.* quibus addo Eurip. *Supplic.* ℣. 744. Κενοὶ βροτῶν. *Stulti mortales.* Plut. *de Garrul.* p. 502. Κενοὶ φρενῶν. ut Pindar. *Pyth.* IV. 194. homini temerario & male sano λευκὰς φρένας tribuit. Schol. ἀνοή-

 τυς.

Ῥαββί. διδάσκαλε [53].

Ποντίου [54]. κλίναντος βουλήν.

Πι-

NOTAE.

τες. Hesych. μαινομένας. quibus opponuntur μέλαιναι φρένες apud eundem Lexicographum, i. e. συνεταὶ διάνοιαι, ut Schol. Hom. *Il.* A. 103. & p. 573.

53. Ῥαββί. διδάσκαλε.] Matth. XXIII. 7. Suidas male Ῥαβί. Cod. Reg. Ῥαμβεί. διδάσκαλέ μου. Colbert. cum Nostro consentit. V. Sup. in Βαραββᾶν Hesych. Ῥάβδιδα. τὰ διδασκαλεῖα. ubi Soping. leg. Ῥάββιδα. An Ῥαββιδία?

54. Ποντίου.] In hoc casu non exstat apud Matth. Sed Luc. III. 1. In Matth. XXVII. 2. est Ποντίῳ. Contra Ῥαμὰ infra Lucae tribuitur, quod frustra apud eum quaeras. Similiter Ταλιθὰ κουμί, quod Marci est, Matthaei vocibus adjectum. Eoque magis inducor, ut credam, has glossas etiam olim interpolatas esse, aliumque in ordinem redactas. Conf. *Not.* sup. in Ῥαμά. An κλίναντος βουλὴν est interpretatio τοῦ פון *animi pendere?* An potius a פנה *vertit*, *declinavit* (unde, in specie ad faciem conversam relatum, vulgo pro *respexit*) & עוץ vel יעץ *consuluit*, unde עצה *consilium*. Jes. VIII. 10. עצו עצה *capite* (propr. *con-*

Πιλάτου [55]. ςόμα σφυροκόπου [56].

Πί-

NOTAE.

Δαμνατίον. ζημίαν.] Praecessit: Δαμνατόν. ζημία. adeoque h. l. Δαμνατόνα praestaret. At MS. ΔαμνατΟ'ν. ζημία. Illud O majusculum est pro ω. Ita passim in hoc MS. unde in pluribus hujus Glossarii locis ων pro ον in fine rescribendum: quod suis locis monebimus. Paullo ante. Δαμνατίων. καταδικαστική. ubi MS. Latine tantum exhibet: *Damnation.* Porro varietas lectionis, ζημία & ζημίαν, inde orta videtur, quod in MS. saepissime in fine vocis litera α ultimae literae sit superimposita cum ornatiore ductu, ut videatur esse αν, per compendium exaratum, ultimo latere τοῦ α constituente primum τοῦ ν. Sed pergamus,

mus, ne quis oecentet: *Stultum est difficiles habere nugas..* Et tamen ab istiusmodi nugis saepe seria pendent.

Δάν. ὄνομα μεγάλης ἀρχῆς κατὰ Πέρσας. οὕτως εὗρον ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἁγίας Σιρῆς.] Locus, ab Aliis intactus, interpretem exspectavit Clar. amicissimumque Virum, P. Wesseling; qui *Observ.* II. 22. p. 245. egregie notat, scribi debere Δάρ, & in fine Σιρῆς, ut ex ipsis S. Sirae *Actis*, a D. Papebrochio vulgatis, probat, collata lingua Persica, ubi *Dara* notat ἄρχοντα.

Δατερέμδομινναβιτόρουμ.] MS. *Ddtaremdominunabitórum.* Δατερεδομινουναβιτόρουμ. Saepius μ in hoc MS. omittitur. Vera est lectio: Ῥατεμρεμδομινουμαβιτόρουμ, ut Cl. Schulting. Vide infra suo loco, & Theophil. III. 19. *in fin.* Scil. ex similitudine literarum ρ & δ, sive Δ & Ρ, natus error. Sic infra: Ῥάδουμ, οὕτως ἡ Ῥωμαϊκὴ φωνὴ καλεῖ τὸ ἀραιόν. ubi Scalig. optime Ῥάρουμ corrigit. Explicat enim Lat. *Rarum.*

In fine hujus glossae pro πούπλος, MS. πούπλος. Utrumque suo loco occurrit.

Δεβίκτορος. ἀγοραστοῦ.] Leg. Δεβίτορος. MS. Latine tantum: *Debitoros.* ἀγ. Emptor enim fit debitor. Nisi Ῥεβίτορος hic lateat, pro Ῥεδιβίτορος. V. inf. Ῥεβιτώρια.

Δεϊρὲμ βέρσα.] Recte MS. Δεϊυρὲμ.

[Δέκεμ.

[Δέκεμ. δέκα.] Nova glossa, quae non est in editis.

Δεκκεσιόν.] MS. Δεκκεσιὸν. Vid. sup. in Δαμνατιὸν

Δελεγατιών.] MS. Δελεγνατιόν. Conf. inf. Λεγατιόν.

Δεμονστρατιόν. δήλωσις.] MS. *Demonstrationa.* Δεμονστρατιόνα δήλωσιν.

Δεναρδιανίβο. περὶ ἐκποιήσεως.] MS. ἐκποιήσεων. Ubi Vir Doctissimus adscripserat: *De actionibus.*

Δεποσίτη.] MS Δεποσίτι. Sic & in Κονδύκτη.

Δερποτατιόν.] MS. Δερποτατιὸν, i. e. — ὀν, ut ante monui: pro quo rectius Δεπορτατιὸν correctum ab alia manu; ut sup. Δεπορτατιών.

Δεσαμέντο &c.] Δεπεσαμέντο corrigit Cl. Schultingius; & recte. Infra tamen: Διαθήκη Ῥωμαϊκῶς λέγεται σαμέντεμ. Conf. Σεπεμεντάριοι. Forte sic decurtate loquuti sunt aliquando. Malim tamen & ibi πεσαμέντεμ, ut olim emendavi in *Observ. Philol. ad N. T.* p. 199. Et videtur prior syllaba excidisse ob praecedens ται (in λέγεται) quod pronuntiabant fere ut π. Cujusmodi sexcenta exempla prostant.

Δεσματία. ἡ διαπετιμημένη.] Ita bis etiam in MS. Explicatio tamen prodit legendum Ἀεσμάτα, *aestimata*, ut corrigit Schultingius, adscripseratque etiam Fabricius. Quoties vero non permutarunt Α & Δ! Vid.

Vid. inf. in Νυκτίδ. Hinc firmatur Cl. Cocceji emendatio apud Hesych. pro Ἀέν-θητος, ἔπνει, legentis: Ἄεν. ἄητο. ἔπνει Scil. pro ΑΗΤΟ legerunt ΔΗΤΟ, quod postea coaluit cum præced. V. Ἄεν. Sopingio enim, illud δητος in codice suo expungenti, non accedo.

Δικτάτωρ. ὁ διπλασίαν τῶν ἀρχῶν ἔχων, ὃς παρὰ Ῥωμαίοις δισυσίπατος καλεῖται.] Recte δισύπατος corrigit V. Cl. Atque ita Cyrillus in Lex. MS. ubi totidem verbis hanc glossam dedit: cujus praeterea auctoritate pro τῶν ἀρχῶν corrigo, τὴν ἀρχήν. Sic & Hesych.

Διλιγέντα.] Rectius MS. Διλιγέντια, ut praecessit.

Διλιϊνικολακτένεος. ὁμογάλακτος.] MS. *Delizinicolacteneos*. Διλι ἰνι κολακτένεος. (Sic.) Vir Doctus adscripserat: *De unico lacte*. Elegans est Schultingii conjectura.

Δινιυκτίμ. διαζευκτικῶς.] MS. διαζευκτικῶ. Scribi debuit Δισιύγκτιμ, notante Schultingio. Idem viderat Fabricius, adscribens Lat. *Disjunctim*. Conf. V. Κονιύκτιμ, & inf. Σεπαρᾶτιμ.

Διρέκτως.] MS. Διρέκτος.

Δισπενσάτος.] Schulting. Δισπενσάτωρ. MS. *Dispensator*. Δισπενσάτορ.

[*Dom*. Δόμ. δίδωμι.] Carent editi. Vir Doctissimus adpinxerat Latinum *Dem*.

Δομί-

Δομίνες. δεσπότας.] MS. δεσπότης. V. *Not.* in Πίυς.

Δωρεά ἐστι, τὸ χωρὶς ἀνάγκης διδόμενον.] Conf. D. Paull. ad *Rom.* VI. 23. & Goldasti *Not.* ad Hadriani Imp. *Resp. & Rescript.* p. 520. *Vol.* XII. *Bibl. Gr. Fabric.* Vid. Sup. Γεσπτεῖον, sive potius Γεσπτεῖων, & inf. Λεγάτον.

Ἐμαγκιπατίονος. ἀυτεξουσιότητος.] Malim Ἐμαγκιπατίωνος, ex Concil. Carthag. *can.* 35. qui locus pulchre hanc glossam illustrat. Legitur ibi: ἀυτεξουσίους ἀπίεναι διὰ ἐμαγκηπατίωνος. Sic in Eliae Ehingeri editione non tantum, sed & Voelli ac Justelli. Conf. Ἐνμαγκιπατίωνι, & Τοῖς ἐνμαγκηπάτοις. Apud Theophilum tamen in *ed. Gothof.* l. I. *tit.* 10. §. 1. 2. scribitur ἐμαγκιπατιόνος.

Ἐμμακιπατίον.] Meurs. Ἐμαγκιπατίων. Proxime accedit MS. in quo Ἐμμαγκιπατίον.

Ἐξβενδίτα.] MS. recte Ἐξβενδίτω.

Ἐξίμπτω. ἡ τοῦ ἀγορασοῦ &c.] MS. ἡ ἐκ τοῦ &c.

Ἐξεπέδιτον. ἔνθα διάγει τὸ στρατόπεδον.] Haec sola exhibet MS.

Ἐρκίτωρ. ὁ κύριος τῆς νηός.] MS. νεῶς. Conf. mox.

Ἐξιβιτόρια. προστατικά.] MS. προστατική. Est pro ἐξιβιτόρια, *exhibitoria:* ut bene monet JCtus. Illud ν interpositum, ut in pluribus

bus hujus Glossarii vocabulis; pro Lat. *b*. Nam *n* & *b* apud Romanos exiguo ductu tantum differunt; ita vero passim in MS. pinguntur, ut nihil differant. Hinc ν pro *n* & *b* promiscue positum, in exprimendis vocibus Latinis. Ita praeced. V. Ἐξνερεδάτος, pro *exheredatus*; & infra Νερέδεμ, Νεριδιτάρια, &c. pro *heredem*, *hereditaria*, &c. Conf. Ποςμόρτεμ νερέδης, & statim in prima glossa, Ἀβιδίτω νερεδιτάτε, & Προνερέδε, i. e. *Pro herede*; & quod proxime accedit, Προνιβίτι, Προνιβιτόρια, Προνιβιτόριον, pro *Prohibiti*, *Prohibitoria*, *Prohibitorium*. Quod semel monuisse non poenitebit. Conf. Ἰνρέμ σερνιβιτόρια.

[*Ex soperi suis*. (pro *Ex operis suis*.) Ἐξοπεράτες. ἐκ τῶν ἰδίων ἐργασιῶν ἢ δούλων.] Ita MS. Non exstat in editis.

Ἐξρεμέα. &c.] Sic & MS. qui & postea: *Ex re nostra*. Ἐξ ῥὲ νόςρα. Carent editi.

Ἐξτρά. ἔξω.] MS. Ἐξςρά. ut paullo ante: Ἐξςράνεος. ἐξωτικός. Corruptius supra: Ἐξεςρά. Conf. Ἐκςράνεος, & inf. Κονςράριον. i. e. *contrarium*.

[*Ex tribus*. Ἐξ τρίβους. ἐκ τριῶν.] Sic MS. At carent editi.

Ἐπτήπευσεν. ἀπήτησεν.] MS. ἀπήτησεν.

[*Et*. Ἔτ. καί.] Sic MS. Deest in editis.

[*Inbentarion*. Ἰνβενταριον.] Sic MS. sine explicatione. Omittunt editi.

Ἰνδάνδο. ἐν δόσει.] MS. recte ἐν δόσει. Vid. Sup.

Sup. *Not.* ad Glossar. N. T. p. 16.

Ἰνδέβιτης κονδικτίκιος.] MS. post καταβληθέντος addit: ὁ οὐ κεχρεώστουν τι. Sequentia ὥσπερ &c. omittit.

Ἰνδέβιτον.] MS. desinit in καταβληθέν.

Ἰνδίεμ. ἀπὸ ἡμέραν.] Plura non addit MS. Sed habet etiam alio loco; Ἰνδ. ἐμ. ἡμέρα. quo carent editi. V. Theophil. I. 20. §. 1.

Ἰνδικατιών. ἐκδικητική.] Cl. Schultingius existimabat esse pro Βινδικατιών. Ita sane Βινδικτιόνε (mallem Βινδικατιών) supra redditur διεκδίκησις. Confer ibi sequentia. Pace tamen Viri Praestantissimi dixerim, Ἰνδικατιών mendose scriptum esse pro Ἰουδικατιών. Ita MS. *Iudication.* Ἰουδικατιόν. ἐκδικητική. Quam glossam omisit Labbaeus, vel potius vitiose expressit hoc in loco.

Ἰνιουρεαλάρουμ. ἡ ὕβρεις.] MS. ἀγωγὴ περὶ ὕβρεως. Conf. glossam superiorem, & Theophil. IV. 4.

Ἰνίουστα. παρανόμως.] Labbaeus exhibet in *Notis*, corrigens: Ἰνίουστε. παρανόμως. Addit Schultingius: *Hanc glossam non invenimus hic loci.* Putem in textu typothetae vitio omissam esse. MS. noster: *Injusta.* Ἰνιοῦστα. παραγενόμενος. Quae vera lectio.

Ἰνκάπιτα. κατὰ κεφαλαίου.] MS. *In capita.* Ἰν κάπιτα. κατὰ κεφάλαιον. Solita abbreviatione, in pluribus N. T. editionibus obvia,

via, & quae semper κεφάλαιον efferenda, non κεφαλλιῷ. Favet sequens glossa: Ἰνκάρητα. — ἐν κεφαλαίῳ. ubi Ἰνκάπιτε, vel Ἰνκάπιτε legendum, recte monuit Schultingius. Sed passim η & ι permiscentur, ut & Gr. ρ & Lat. p, ut sup. dixi ad V. Ἀδϐέρτορ. Sic sup. Ἀρεσκοῦνδαι, inf. in Ἰνπέρδικτον δεκὼδ &c. legitur Ἀρεσκένδας pro Ἀποσκένδας. Et infra Κάρεπ non semel, pro Κάπ.., Ῥέτω, pro Πέτω, sive Peto, Περετοῦνδος, pro Ῥεπετοῦνδος, &c. Haec vera est corruptelae origo.

[*Incerton.* Ἴνκερτον. ἄδηλον.] Ita MS. Deest iterum in editis. Conf. V. Κέρτον.

Ἰνρέμ. πρᾶξιν.] Malim πρᾶγμα. Mox: Ἰνρέμ, ἡ περὶ τὸ πρᾶγμα ἀγωγή. Ita sup. Ἰνιουριάρουμ exponitur ὕβρεις, & περὶ ὕβρεως ἀγωγή. MS. abbreviatione dubia utitur: πρᾶγμα tamen praefero ob ipsam vocem. Intra: Ῥέ. πράγματα. &: ἀγωγὴ εἰς πράγματα. Sic, Ῥέρουμ, πραγμάτων, Ῥὲς, τὸ πρᾶγμα. &c. Conf. Theophil. I. 21. §. 3. & IV. 6.

Ῥὲμ σάλϐα Πουπιλιμφόρε. τουτέστι &c.] Sic MS. Latine dicitur: *Rem pupilli salvam fore.* V. Theophil. III. 19. §. 4. Conf. Ῥὲμ, & Ἰνρέμ.

Ἴνριτος. ἄκυρος διαθήκη.] MS. Ἴρριτος. ἄκυρος.

Ἰνστρουμέντον.] MS. in fine: καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἰντερδίκτον.] MS. Ἰντερδίκτον. Sed omissum ἡ ὡσανεὶ περὶ νομῆς, & pro πρότερον habet, πρότερα.

'Ιντίγει. μὴ ὑποτάντα.] MS. addit: κάπης δεμινσπόνε. quod infra suo loco.

'Ιντεραμίκων.] MS. 'Ιντεραμίκες. quod praestat. Vid. Theophil. l. 5. §. 1. & 4.

'Ιντερβίβ☉. — χάρις — ὑπόνοιαν —] Optime Celeb. Schulting. χωρὶς — ὑπονοίας. Ita MS.

'Ιντερκαπέδο.] Locus Plutarchi, qui hic citatur, est in *Solone*, p. 19. D.

'Ιντεπίονα.] Pro 'Ιντεντίονα. Ejusmodi plura sunt.

'Ινφάκτεμ. — ἤτοι στερέπησις.] MS. simpliciter, πίησις. V. Theophil. IV. 12. §. 1.

'Ινφας. νήπι☉.] MS. *Infans.* 'Ινφας. ὁ ἱππεύς. Male infra 'Υμφας, ut sup. 'Ηνφάντε. Conf. gloss. praeced. & inf. in Πεπίλες.

'Ιεδικάτεμ σόλβοι. (Sic Labb. ed.) τῆς κρίσεως λύσις.] MS. σόλβι (pro quo paullo ante σόλιο, & σελβι) & λύσεως. Mox pro ρέογι, MS. ρέον, *Edit. nova* ρέομ.

'Ιεδικιαλία. δικαστικαί.] Addit MS. continua serie: 'Ιεδιξ ὁ κριτὴς γάρ.

'Ιερις ἀγκείγις:] MS. ἀγκείνις. V. sup. 'Αγγείνης. Vult dicere, *Jure sanguinis*. At saepe in his glossis, si sequens vox a litera sibilante incipiat, prior desinit in ις, loco ε, ut hic 'Ιερις ἀγγείνις, pro 'Ιερε σάγγ. & mox 'Ιερισκιβίλε, pro *jure civili:* quia in pronuntiatione vix illud discrimen observatur.

'Ιε-

Ιυεμπεία κ. ἐξωμοσία.] Bene Schultingius monet, esse pro, Ἰυεμπεία. Ita vero Graece & Latine exhibet MS.

Ἰφφαύδεμ.] MS. Ἰφεαδέυμ. Sed procul dubio errante calamo, pro Ἰφεαύδεμ, quod patet, quia Latine praecedit, *Im Fraudem.*

Καλάτις κομμίτις.] MS. Καλάτις κομμίτις, i. e. *calatis comitiis.* Theophil. II. 10. §. 1.

Κανσρέσιον πεκούλιον.] Vid. in Πεκούλιον, & in Κυάσι κανσρέσιον, pro quo rectius Κασρένσιον suo loco, & Κασρέσιος, in V. Μαγισεριανός.

Καπούντυρ.] MS. Καπούντορ.

Καυσαρία μισίονι.] MS. μισίονι. Similiter in Καυτίονα, Καυτίονος, Κονδεμνατίον. &c.

Κεφαλικὴ τιμωρία.] V. Theophil. *Instit.* IV. 12. *p. m.* 242. & IV. 18. §. 4. Glossae Philoxeni: Κεφαλή. *hoc Caput.* Κεφαλικὴ τιμωρία. *Capitale.* Nec aliter H. Steph. exhibet in Glossario suo p. 514. Adeoque fallitur Cl. D. Heinsius, *Exerc. S.* p. 118. quando κεφαλὴν interpretatur *poenam capitalem*, addens: *Optime Glossarium ab Henr. Steph. editum:* Κεφαλὴ, τιμωρία, *capitale.*

Κλωσός.] Confer Suidam.

Κοβέντος. — περὶ τοῦ κονβένερε.] MS. *Conventos.* Κονβέντος. περὶ τὸ κοβένερε. Sic quod prius emendat, postea corrumpit.

Κοδιούσου.] MS. Κοδιούστου.

Κοδνάτος] Ita sup. in Ἀδνάτος, q. d. *coadnatus:* pro quo Κογνάτος praecedit. Conf. in Ὁ τὸν οὖν &c.

Κόμιπλα. ἡ πλείωσις.] MS. optime: *Qompla.* Κόμπλα. ἡ πλ. ut Meurs. & Du Cangius emendarunt. Nota hic & in seqq. Q pro K vel C, in Lat. pro more Librariorum. Et notum est apud JCtos, passim in Pandectis Florentinis haec commutari.

Κομμιτεύεται.] MS. Κομιτεύεται.

Κομμοῦναι. — πραιτωρίαι.] MS. *Qommunes.* Κομμοῦναις. — πραιτωρίαι.

Κομμουνιδιβιδένδο. τῷ δ. τ. κ.] MS *Qommuni dibidundo.* Κομμοῦνι διβιδοῦνδο. τῷ διαιροῦντι τὰ κοινά. Mox corrupte, Κομμονιωδοῦνδο. V. ibi Cl. Schulting. & Theophil. IV. 6. §. 20. & IV. 17. §. ς.

Κομπεστορίως. ὁμολογικῶς.] MS. ὁμολογητικῶς. Theophilus Antecessor saepius Κομφεσσορίως scribit, opponitque νεγατορίως *De Action.* IV. 6.

Κομφιρματεύς.] MS. Κονφ. ut infra.

[*Qonbentionaliae.* Κονβεντιοναλίαι. συναινετικαί] Sic MS. At carent editi. Conf. Κομβεντίων

Κονβίνιον. — καὶ ἡ βουλὴ &c.] Sic & MS. In specimine hujus Glossarii, a Cl. Jo. Phil. Palthenio communicati, emendaverat Cl. Fabricius, Κονβίκιον. —— καὶ Κονσίλιον, ἡ βουλή. Prius etiam Ill. Scaligero in

in mentem venit; posterius praefero Meursianae lectioni, qui Κόμβεντον supplet. Infra Κονσίλιον & Κονσιλίο redditur βουλή.

Κονδοῦκτη.] MS. Κονδοῦκτι, ut sequitur. V. Sup. Δεποσίτη, & inf. Λοκάτη.

Κονιοῦκτιμ. συνημμένως.] Leg. συνημμένως, ut est in MS. Supra: Διιοῦκτιμ. διαζευκτικῶς. Utrumque adverbialiter. V. Theophil. II. 20. §. 8.

Κονπενσατιόν. ἀντίλογος.] MS. *Compensation*; Κονπενσατιόν. ἀντίλογος. Conf. V. seq. Κονπετασιόν, & supra Κομπενσατιόν.

Κονσαγγουίνεοι.] MS. Κονσαγγουίνει.

Κονσίλιον. βουλή.] MS. Κονσίλιον. V. Sup. in Κονβίνιον notata.

Κονσολιδατηκόν. σύνοδος.] MS. *Consolidation*. Κονσολιδατιόν. σύνοδος. Theophil. II. 4. §. 3. *Consolidatio*, ἤτοι σύρδοσις.

Κονστιτουτιόν. &c.] MS. Κονστιτουτιόν. omisso mox ἤ.

Κονστιτοῦτον.] V. inf. in. Πεκουνίας κονστιτοῦτας.

Κονσερβέριον.] MS. melius, Κοντρέβεριον. Vid. mox. Conf. Sup. Ἐξσερβ. & Ἐξτρεβ.

[*Continuateuete*. Κοντινουατεύεται. συνάπτεται.] Sic MS. Non est in editis.

Κοντρέκτον. συνάλλαγμα. ἐκ τῆς σὺν, καὶ τοῦ τρέκτω.] Sic MS. exhibet. At in apographo Paltheniano legitur rectius, ἐκ τοῦ κὸν, σὺν, &c. Conf. Schulting. *Not.*

Κοντρέκτον &c.] MS. hic pro ἐμαγκιπάτον, &

κατελιμπάνετο, habet ἱμαγγκάνεν, & κατελιμπάνετο.

Κόντεσ Φιδικίαν. ἐναντίως τῇ πίςἐ.] MS. K. Φιδικία, & ἐναντία. ut praecedit.

[*Qua mex Familie.* Κύαμ ἐξ Φαμίλιε. ὡσανεὶ ἐκ Φαμιλίας.] Deest in editis. Ut autem respondeat τῷ ὡσανεὶ, scribendum Κυάσι, *Quasi.* V. inf. Κύασι.

[*Quia.* Κυΐα. ἐπειδή.] Neque hoc in editis.

Κῦλπα.] In MS. errore scribentis est Κῦπλα. Recte Fabricius correxerat Κῦλπα. Quid sit, describitur sup. in V. Δίκη.

Κυντέμαξ.] Supra Κοντόμαξ.

Κυςωδία. —— παρὰ Φυλακή.] MS. Κυςωδία, ut mox, & Φυλακή.

Κύασι.] MS. Κυάσι. V. Sup. & *Not.* in Κύαμ.

Λαξάμεντον. ἀνα . . . .] ἀναβολὴ supplet Schultingius. Posset forte etiam ἀνάπαυσις legi, si lacunam spectes. Conf. Hesych. in Ἀνακωχὴ, & Ἐκεχειρία, & *Digest.* l. XXVII. *de excus. Tit.* I. 10. 1.

[*Lex.* Λέξ. ἡ τοῦ δήμου νομοθεσία.] Ita MS. quae non reperiuntur in editis.

Λίτερς. ἀγωγὴ διὰ γραμμάτων.] Cetera desunt in MS.

Λίτερα. τὰ γράμματα.] Ita tantum in MS.

Λοκάτη.] MS. Λοκάτι, & definit in μισθώσκυτι.

. . . . πέριον. ἀρχή.] Post V. Μαγίστια. Mirorlacunam non suppleri a Viris Doctis, quum facile pateat, fuisse hic Μαγισέριον, ut olim notavi in *Peric. Crit.* p. 100. Omisit etiam hanc vocem Du Cangius in *Gloss. Gr.* At Philoxeni Gloss. Gr. Lat. *Magisterium.* ἀρχὴ, ἡ. Et Glossae MSS. in Bibl. Coislin. p. 236. *ed. Montf.* Μαγιστερία. ἀρχή. Similiter Suidas in V. Μαγίστρ. *Magisterium* pro Magistratu saepius. Vide Doctiss. Stephanium ad Saxonis *Hist. Dan.* p. 9.

Μαγκιπίσιον.] MS. Μαγίπίσιον.

Μανιφέκτον.] Pro Μανιφέστον. Ita sup. μανιφέκτη φόρτη, in V. Βιζονόρυμ, pro quo in seq. glossa: Μανιφεστὸν φόρτυμ. Conf. Νεκμανιφέκτι, & sequentia, ibique *Not.* ut & Φόρτη μελιφέκτη, pro μανιφέστη, & Φόρτη.

Μάνυ. χειρί.] MS. Μάονυ. Ex hujusmodi locis, & aliis, expiscari licet illius aetatis pronuntiationem. Ita sup. Καυσιδαῦτα, pro Καυσιδάτα. In Glossario MS. Latino: *Austrum. stella. Austrologus. aestimator coeli.* Sic in Gloss. Lat. Gr. *Auxis.* ἄξων, pro *Axis*. Gl. Gr. Lat. Ὑπηρέτης. *Auctor.* pro *Actor*, ut nuper recte Ampliss. Buherius ad *Marm. Antiq.* p. 43. Ex eodem forte fonte Αὐλιθῆναι, pro Ἀλιθῆναι. de quo alias.

Μανυμίρου.] Labbaeus Μανυμίσιρ, favente MS.

Μαϊσεριτοί. Sup. rectius Μαγισερίτοι. Ut autem Μαΐστωρ pro *Magister* dixerunt (ut

Maister quidam in his oris usurpant) sic forte Μαιςεράτοι, pro Μαγιςεράτοι, (quomodo Historicorum nostratium Princeps Hoofdius passim *Majestraat*) & hinc Μαϊςεράτοι sensim depravatum.

[*Meo*. Μέο: ἐμῦ.] Sic MS. Carent editi.

Μεπεγγυητής.] Leg. Μεσεγγυητής, ut inf. in Σεκκέςωρ. Conf. Hesych. & Polluc. VIII. 28. ibique *Not*.

Μισίον. διαβολή. MS. ΜισΙΟν. διαβ. Suspectum est illud διαβολή Cl Schultingio, quia βολή & *missio* in Glossis in vicem se explicant. Supra tamen in Καυσαρία μισΙΟνὶ, pariter scriptum διαβολή, αἰτία. Forte ergo διαβολή, *permissio*, idem fuerit cum simplici posterioribus temporibus.

Μοντηλίσμ.] Inf. in Χειρόμακτρον, μανδείλιον scribitur.

Μύτσμ. τὸ θανεῖον.] MS. Μύντσμ.

Νεκμανιφέκτι.] V. Theophil. IV. 2. in *fin*. & Sup. in Μανιφέκτον notata. Infra Πέρφεςον pro πέρφεκτον, eadem de ratione (vid. *Not*) & Νὲς βὶ, pro Νὲκ βί. *Nec vi*.

Νερέδεμ.] Vid. Sup. dicta ad V. Ἐξνιβιτόρια. Sic Νξβιβάπς (corrupte pro Ναβιτάπς, vel Ναβιτατίων) est Ἀβιτατίων, οἴκησις, ex eodem fonte quod *n* & *b* parum differant.

Νερεδιτάτης πεπιτόν.] MS. Νερεδιτάτης, & καὶ πέτω, in fine glossae, pro τὸ πέτω, item πετίθιον (per θ) ζήτημα. Sic Ἀνοπὶθ sup. pro

pro Ἀβσίτ, & mox: Νὲς βὶ φίαθ, pro Νὲκ βὶ φίατ. Conf. Πεπθιὸν infra.

Νόμερε.] MS. Νύμερε. Infra Νύμμερε. Mox ἴον perperam pro οἷον, in *nov. edit.* Conf. *Not.* ad *Glossar. N. T.* in *Act.* X. 1.

[*Non.* Νόν. ϐ.] MS. At deest in editis.

Νουντόνδο.] MS. Νουντόνδο.

Νοξαλίαι καὶ Νόξαι &c.] MS. ita: Νόξα. αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ βλάψαν. Νοξαλία ἐστὶ, αὐτὸ τὸ κακούργημα, οἷον κλοπή. ζημία. ἁρπαγή. ὕβρις. Conf. V. Νόξα &c. in *nov. edit.*

Νοτάριος . . . . Νότα τὰ γράμματα.] Supple ὁ γραφεύς, ex ultima hujus Literae glossa.

Νουπτίδ. γάμος.] MS. *Nuptide.* Νουπτίδε. γάμος. Mallem Νουπτίαι, & *Nuptiae.* Vid. Theophil. *Instit.* I. 9. §. 1. In Graecis saepe Δ & Λ confunduntur. Ita sup. Δεσμαπία, pro Λεσ. ut hic ΝΟΥΠΤΙΔΕ pro ΝΟΥΠΤΙΑΕ.

Ὀβδονάρια. &c.] Ὀδονάρια, ut mox. legit etiam Cl. Hemsterhusius noster ad Pollux. X. 50. p. 1204. & ποδόπανα, & πόδια. Vid. *loc. cit.* & conf. *Not. h. l.*

Ὀβλάτον.] MS. vitiose transpositis literis, Ὀλβ.

Ὀβ καῦσαμ. —— ῥεπετίονι,] ῥεπετιτίονι omnino legendum. Ita sup. Νερεδιτάτης πετιὼν, pro Νερεδιτάτις πετιτιὼν, quod praecedit. Inf. Ρεπετίον, pro Ρεπετιτίων.

Ὀμπλικαπονίβους. ἐνοχαί.] Leg. ἐνοχαῖς. quam-

 vis

vis casus saepe in his glossis diversi sunt. Ὀϐλιγατιόνιϐυς bene restituit Cl. Antecessor. In MS. Latinis tantum literis est *Omligationibus*. Mendum itaque ex pronuntiatione natum. μ vero & ϐ saepius confunduntur.

Ὀπινιόν. ἡ ἀπεσταλμένη καὶ μετὰ ἐνδοιασμοῦ ἀπόκρισις.] MS. ἀπεσταλμένη μετὰ &c.

Ὀρπίον☉.] Pro Ὀππίον☉. V. Sup. in Ἀδυέρπορ. &c.

Ὀρκῖνοι.] MS. τοῦ πεθνεῶτ☉. V. Theophil. II. 24. §. 2. ubi χαρωνιανὸς, per ω.

Οὐνδελίϐερε. ἔνθα ἐλεύθερία.] MS. Ὀνδελ. & ἐλεύθερίαν. Malim ἐλεύθεροι, ut sup. in Οὐδὲ λιϐεροι.

Οὐνιϐερσιτάτεμ. —— τὴν ὁμάδα.] Sup. Ἰουνιϐερσιτάτις. τῆς ὁμάδ☉.

Οὐνοραρίουμ. τίμιον.] MS. Ὀνεραρίουμ, pro Ὀνοράριον, ut recte V. Cl.

Οὐσουκαπιτόνα.[MS. Ὀυασ. Vid. inf. Ὑσέκ.

Παλμαλίους.] Citatur hic Hesychius Illustris, ut & inf. in Ῥελεϐάτους, & Φόλις.

[Πάτρε. ἐκ πατρός.] MS. 1. & 2. Non est in editis.

Πατρυέλες.] MS. 1. Πατρυϐέλες, & definit in πατέρων. MS. 2. Πατρυέλες, & totam exhibet glossam. V. inf. Σορόρες πατρυέλες.

Πεκούδων.] MS. 2. Πεκούνδων. Male.

Πεκουνίας κονστιτούτας.] MS. 2. κονστιτούατας.

[Pe-

[*Peremit.* Περέμιτ. βλάπτει.] Sic MS. Non est in editis.

Περεμπτορίαι. —— ὁ κελτὴς &c.] MS. καιρός.

Περετοῦνδος.] Optime Labbaeus Ῥεπετοῦνδος, ut mox Ῥεπεπτούδειν, pro Περιπεπτούδειν. Iterum vides confusionem literarum P Lat. & P Gr. de qua sup. dixi in Ἀδϐέρσωρ, & Ἰνκάπιτα.

Περμένσεμ —— συνεωθιαθλεῦσαι.] MS. συνεωθιαθλεῦσαι.

Περσεκοῦπο.] V. Sup. Ἀδρειπερσεκουπόνεμ.

Περσωναλίων: προσωπικῶν.] MS. Περσωνάβιον. προσωπικόν. Neque multum differunt literae Romanae *l* & *b* in MSS.

Πέρφεστ. τέλειον.] Sic & MS. 2. Tum vero τελείου rescribendum. MS. alter, quem passim citamus: Πέρφεστον. τέλειον. quod malim. Labbaeus Περφέκτον recte corrigit. Scil. Latinum C (in *Perfectum*) apud Graecos valet S. praeterea C ante T sequiori aetate pronunciare coeperunt ut S. Vid. Sup. in Νεκμανιφέκτι. Hinc est, quod in Theod. Metochitae *Hist. Rom.* l. I. statim in *init.* Δισάτωρ legatur, pro Δικτάτωρ, ut correxit Meursius. An similiter nostrum *tasten* a *tactu?*

Πεηθιόν.] V. Sup. in Νερεδ. πετ. MS. hic & in V. seq. pro θ habet *C* in Lat. An vero θ ita pronunciarint, an C cum θ confuderint, non definio.

Π

Πλεν. ἐυγ..ϛ.] Melius ἐυγενὴς, ut MS. *us* enim Lat. efferunt per *εϛ*. V. Sup. in Δομίνος. Conf. Μόδες, Μόρβες, &c. Hesych. tamen: Πί.. ἐυσεβής. quomodo pro ἐυγενὴς legendum & hic videtur Du Cangio. Nec obsto: quamvis ἐυγενὴς ex latiori *pietatis* apud Latinos usu ad generosiorem animi adfectum commode etiam referri queat.

Πλεβισκίτιν.] MS. mox ȣ χυδαίϛ.

Πλένα πυβέρτας.] MS. πυβερτάτης.

Πλᾶς πεπῆπον.] MS. πεπποΌν. Sic πλίον in voce praeced. V. Theophil. IV. 6. §. 33.

Πόνδερε — κασσίτηρ..] MS. κασίτηρ..

Ποσίοσορ.. Διακάτοχ..] MS. 2. Ποσίσορες. Διακάτοχοι. V. Sup. Βιπσίσα, & Βονόρομ ποσεσόρας.

[Ποσσῦντ. δύναται.] Ita MS. Deest in editis. Scrib. δύνανται.

Πρᾶρ.. ἐυθέως.] Sic & MS. Mox ἔχι, est ἔχων in MS. 2. cujus fragmenti initium est in hac ipsa glossa, a vocibus: μοι ἐ ἰἰ i. e. νομίσματα, ex vulgari abbreviatione, quae & inf. in Σεσέρτιον apparet in MS. de qua conf. Cl. Kust. ad Suid. in V. Ὀβολός, & Rev. D. Montfaucon. *Palaeogr.* p. 359.

Πρεσκρέπτας βέρβης.] MS. *Praescriptis verbis.* Πρεσκρέπτης βέρβης.

Πρεσκρίπτις βέρβις ἡνίκα &c.] MS. 1. *Praescirtis versis.* Πρεσκίρτις βέρσις. χῶ ῆ ἀν-

πὶ

τὸ, ἡνίκα &c. MS. 2. Πραιτεσκίρπης βέρβις, χοῦ ἢ αὐτὸ &c. Errarunt iterum ſcribae in ρ & ϱ.

Πραιτεξτάτος.] MS. *Praetekſtatos.* Πραιτεξστάτος. Conf. Sup. in Ἐξσερ.

Πραιτεξτᾶτα. φόρεμα Ῥωμ.] MS. 1. φέρομαι. MS. 2. Πραιτεξστᾶτα. φόρεμα.

Πραιτέριτος. ὁ ἀμν.] MS. 1. & 2. Πραιτερείτου. ἀμνημονεύτου.

Πραίτωρ. — πραιτεκέοσαι.] MS. πραιτεκέσαι.

Πελβάτον. δικαστήριον &c. ἐφαύνδωσε —] ἐφαύνδωσε vitioſe eſt in *nov. Ed.* MS. recte ἐφούνδωσε. Heſychio quoque Πελούατον eſt τόπος ἐργαστηρίου. Conf. inf. Σέκρετον.

Προδερέλικτον. τὸ ἀπολελειμμένον &c.] MS. ἀπολελυμένον.

Προκινήτος. — εἰς τὴν παράταξιν.] MS. Προκίνκτου. — εἰς παράταξιν. Recte ergo Προκίγκτος emendavit Cl. Schultingius. ν & κ saepius confunduntur in libris. Vid. inf. ad Heſych. in V. Ἀμείλιχος.

[Προμίττω. ὁμολογῶ.] Sic 1. & 2. MS. Carent editi.

Προνερέδε γεστλεύειν — καὶ δεσπ.] MS. γεστεύειν, & omittitur καί.

Προνιβῖτ. ἀγωγὴ &c.] Sic & MS. 2. At 1. *Probibiti.* Προνιβίτι. Vid. Sup. in Ἐξνιβιτόρια.

Πρόξιμος ἴνφαντις.] MS. Ἴφαντις.

Προξ. πουβερτάτε.] MS. 2. πουβερτάτης. alter πουβερτάτης.

Προ-

Προπεῖαν. μέγας.] MS. 2. Προπίαν.

Προσπία. ἐπὶ κοινῦ ἀγωγή.] MS. Προσκία. ἐ; κοινῷ ἀ. Conf. Sup. Προσκία.

Πρόχωσις. προκλυσις.] Omnino legendum πρόσκλυσις, ut Sup. in Ἀλλυβίων, *alluvium*. Saepe προ & προς confunduntur in his ipsis glossis. Vide in Προμότοι, Προβιβίλι, & *Not.* in Ἀβυκόνδυς.

Πρωτονοτάριος.] Praeter Meurs. & Du Cang. vid. L. Banck *Not. in Taxam*, p. 330, & seqq.

Ράδυμ.] V. Sup. in Δαπαρεμδομιυναβιτόρυμ.

Ρεκιπεράνδαι.] MS. *Reciperandae*. ut *reciperare* passim apud Trogi Epitomatorem, & alios. Atque ita in Glossa praeced. pro Ρεκερέρω, ubi Scalig. Ρεκύπερω, si a tanto Viro discedere liceat, malim Ρεκίπερω, vel Ρεκίπερω, *Recipero*. Ita sup. in Ἰντέρδικτι. ἐστὶν ὁμιλία — — — Ρεκιρέρω γὰρ, τὸ ἀναγορεύω, ἤγυν ἀνακαλῦμαι, καὶ ἀναλαμβάνω. Leg. Ρεκίπερω. Iterum ρ pro Lat. *p*, de quo in V. Ἰνκάπητα, & alibi.

Ρεκυπεράτορες. — δι' ἑαυτῶν.] MS. αὐτῶν.

Ρὲ γένδυμ στκῦτα. πράγματα μήπω προκαταληφθέντα.] MS. uterque: Ρενονδῦστκυτα. πράγματος μὴ προκαταληφθήσαντος. Probo Genitivum absolutum.

Ρέον προμιτένδυ.] MS. προμιτένδον, & definit in ἐπαγγελ. at MS. 2. addit seqq.

Ρέον στιπυλάνδυ. ἐπερατώντων.] Haec sola habet MS.

MS. 1. at 2. ſequentia addit, quae ab editis ita differunt: δύο ἢ καὶ πλειόνων τινὶ εἰ δώσῃ αὐτοῖς ἅμα ἢ οὐχ ἅμα τὸ χρέος.

Ῥευξορεία. ἀγωγὴ &c: πραγμ.] MS. uterque addit: Ῥὲ. γὰρ τὰ πράγματα. Οὔξορ, ἡ γυνή. Conf. ſeq. gloſſ. Suidas: Ῥεξωρία. παρὰ Ῥωμαίοις ἡ μετὰ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἀλληλοκληρονομία. Vid. Cl. Le Moyne ad *Var. S.* p. 963.

Ῥεπαρτικία.] MS. *Reperticia*. Ῥεπερτικία.

Ῥεπεπτοῦς. — ἀναλαμβάνει.] MS. ἀνακαλεῖται. Conf. haec & ſeqq. cum ſup. in Οὐ ῥεπεπτ. & Theophil. III. 29. §. 7.

Ῥεπλικατίον.] MS. ῬεπλικατίΟν.

Ῥέσκριπτον. βασ. ἀντ.] Sic & MS. 2. At 1. Ῥέσκιπτον, ut mox.

Ῥέσπονσα πρυδεντίυμ. ἀποκρίσεις τῶν σοφῶν.] MS. *Reſponſa prudentium*. Ῥεσπόνσα πρυδεντίυμ. Vide Theophil. I. II. §. 8. & cogita, num ad hunc loquendi modum reſpexerit Apoſtolus in voce ἀπόκριμα II. *Cor.* I. 9. ubi Vulgat. vertit *reſponſum*. Conf. ibid. Cl. Hombergkii *Parerga*.

Ῥεστιτυρίαι. ἀποκαταστικαί.] Leg. Ῥεστιτυτορίαι, ut mox; vel Ῥεστιτυτόρια, ἀποκαταστικά, ut eſt in MS.

Ῥετεντιόν.] MS. 1. Ῥετεντιόνα. 2. — Ὄνα.

[Ῥέτω. ἀπαιτῶ.] Sic uterque MS. Non reperitur in editis; ſed ſup. Πέτω. τὸ ζητῶ. Ita & in V. Νερεδιτάτις. Theophil. II. 24. §. 3. *Peto*, τουτέστι, Ἀπαιτῶ. Luculentum exem-

exemplum confusionis ȣ P Lat. & Ρ Gr. Exponitur enim Lat. *Peto*. Vid. in Ἰνκάπιτω. Sic mox in Ρϋτα est καταπίπτω. *Scribi debuit* καταῤῥίπτω, inquit Cl. Schulting. Dummodo permutes P Romanum cum Graeco, habes καταῤίπτω. Saepe autem literae caninae duplicatio negligitur.

Ρογῶ. πϛδακαλῶ.] MS. Ρόγω. V. Theoph. *l. c.*

Ρϋπτα. διῤῥηγμένη.] Bene διεῤῥ. in *Edit. nov.* Sic. MS.

[*Romani*. ρωμάνι. Ρώμης.] Haec in MS. 1. non in editis. MS. 2. idem habet, sed Ρώμη.

Σαλάριον.] Vid. inf. in Σπόρτυλα. τὰ διδ. &c.

Σάνκτα. τέχνη.] Ita tantum in MS. 1. At 2. addit reliqua.

Σαποδαπίον.] MS. 1. ΣαποδαπΟ'ν. at 2. Σάπις δαπόν.

Σεδίτοις. σϛασιοις.] MS. 2. Σεδίτις.

Σεκύνδυμ παβϋλας.] Sic MS. 2. at 1. παβύλας.

Σέκρετον. δικαστήριον.] V. Nob. Du Cangii Gloss. & conf. Sup. Πραβάτιν.

Σεντιντία.] Sic & MS. 2. Male 1. Σεντία.

[*Separatim*. Σεπαρέτημ. διαζευκτικῶς.] Sic uterque MS. Omittitur glossa in editis. Conf. Sup. Δινισκτίμ, & inf. Σπερέτημ,

quod

quod hinc corruptum.

[*Serbianó*. Σερβιανώ. φυλακτική.] In utroque MS. Carent editi.

[*Sesertion*. Σεσέρτιον. εἶδος νομίσματος, ὃ συντιθεμένα μέχρι χιλίων, ἓν νόμισμα ἀποτελοῦσι.] Sic uterque MS. Sed leg. Σεστέρτιον. Confuderunt ς cum ϛ. Ita στολὴ pro ϛολὴ, apud Theodosium Zygomalam, citante Du Cangio. Deest integra glossa in editis. V. Sup. *Not.* in Πέρσος. Scil. milleni nummi Sestertii, faciebant unum Sestertium pondus, i. e. 2½ libras argenti, sive 75. florenos nostrates.

[*Sine*. Σίνε. χωρίς. Et. *Sine parte* Σίνε πάρτε. δίχα μέρους.] Sic in 1. & 2. MS. Utraque glossa desideratur in editis. MS. 1. etiam alio loco corrupte: *Sixci*. σίξει. χωρίς. Confudit Graeculus *n* & *x*.

Σίνε λιβερτάτε. ἀνελευθερίας.] ἄνευ ἐλευθερίας bene corrigit V. Cl. Ita MS. uterque.

Σινενδιμόδο.πρεκαρπιόν.] Optime iterum Schultingius Noster, rejecto Scaligeri πρεκάριον, & Du Cangii πρεκάπο, scriptum conjicit πρεκεπτιόν. MS. 2. πρεκερπιὸν, ut Brisson. πρε κέρπιον. MS. 1. Latine tantum: *Precertion*, i. e. *preception*, P Latino in P Graecum perperam mutato, ut saepius monuimus.

Σίνε τυπόεις — αὐθεντίας &c.] MS. 2. Σίνεϊ τυπόεις, & αὐθεντίας.

[*Sioncrisnoneris*. Σιονίερις νονίερις. ἐὰν κληρονόμος μὴ γένηται. ἢ κατὰ ἐπίερν διαθήκην.] Sic MS. 1. ut & 2. in quo γένηται finit glossam; qua prorsus carent editi. Lat. *Si haeres non erit*. V. Theophil. II. 15. §. 4.

Σκρίπτοι. γεγραμμένοι ἐν διαθήκῃ.] ἐν διαθ. omittit uterque MS. σκρίπτη exhibet 2.

Σολίδος. νομίσματα.] Sic & MS. 2. quando Σολίδοι leg. cum Ill. Scaligero. MS 1. νομίσματος, quasi Σολίδος esset Genit. Graecus: nisi Σολίδυ fuerit.

ΣολυπΟ'ν καταβολή.] Sic MS. 1. omissis ceteris. Integra glossa in MS. 2. ubi mox κονσένσο; pro κοσένσο.

Σορόρες πατρυέλες. ἐξαδελφοὶ ἐκ πατέρων.] MS. 1. Σοπέρες. 2. Σοπόπες. Confuderunt iterum ρ & p. Uterque rectius, ἐξαδελφὰς, solito compendio. Supra: Πατρυέλες. ἐκ πατέρων δύο ἀδελφῶν προελθόντες παῖδες. Hinc suppleri potest glossa: sed facile etiam subintelligitur. Conf. Φράτερ πατρ.

Συρσιδιρία.] Recte Labb. Συβσιδιαρία (quod suo loco) ut Scal. sup. pro Συβιδιαρία. MS. 1. *Subsidiria*. Συβσιδηρία. MS. 2. συβσιδιρία. Ergo Graeculus *p* pro *b* forte inventum more suo mutavit in ρ.

Σύσπεκτος — πυπίλυ.] MS. 1. ποπίλυ. 2. πυπ. ut supra. Conf. in Σοπέκτη.

Σποπίλα.] Confer hanc glossam cum V. Ἀδύλτερις, & Στύπρον, & inf. Φηρέ.

Σπέ-

Σπόρτυλα — σπλάρια ἢ &c.] MS. 1. Sportuli. Σπόρτυλα. — Salaria. σπλ. &c MS. 2. Σπόρτυλα. &c. tum Σαλάρια ibi est nova glossa, & omittitur δέ.

Σπλικίδιον. σαγὼν, ὅ ἐστι ἀπὸ κερ. σπλ.] MS. 2. Σπλικίδιον. ὁ ἀπὸ τῶν κεραμίων σπλαγμός.

Σπενδιάρια.] Uterque MS. paullo aliter exhibet: Σπενδιάρια. τὰ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κτήματα. Σπίτ@ γὰρ ὁ ἀγρός. Postremum non est in editis. Conf. inf. in Τελεσπόρια.

Σπιτῆλον.] Sic MS. 1. at 2. σπιτῆλομ.

[Τάκητον. φιδικόμισον ἐστὶ, τὸ μὴ γινόμενον ἀπὸ τῆς ἀναγνώσεως τῆς διαθήκης.] Sic MS. 2. Deest in editis.

[Τέλεμ. τὸ παρ' Ἕλλησι βέλος.] Sic uterque MS. Carent editi, in quibus est: πᾶν τὸ ἐκ χειρὸς πεμπόμενον βέλος. Ita *telum* definitur a Gaio JCto ad *Leg.* XII. *Tab.* apud Theophil. *de Publ. Judic.* IV. 18. 5. p. 273. conf. p. 307 *ed. Goth.*

Τεμπορχλία παρ. — ἐναγομένη.] Sic & MS. 2 at 1. ἀναγ.

[Τέμπορε. καιρῷ.] Sic uterque MS. neque est in editis.

[Τῆς ἢ δόλῳ. τῆς βίας.] In MS. 2 sequitur post Τελεσπόρια. Carent editi. Videtur alio pertinere, certe mutila est, glossa.

γιον. — βύσαλον] Sic MS. 2. at 1. βύσαλον, nisi βίσαλον voluerit: utrumque e-

nim dicitur. Porro δὲ ante πᾶσι interſerit uterque MS.

Τίτλος. κεφάλαιον, αἰτία.] Ita Joan. XIX. 19. τίτλον. Matth. XXVII. 37. αἰτίαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς.

[Τοδεπεκυλάτα. τὸ πτεροπλοῦν.] Sic MS. 2. Vid. Sup. in Δεπεκυλάτης, ſub finem gloſſae.

Τερβυτόρεια. ἀγωγὴ ἡ &c.] Articulus ἡ abeſt in MS. 1. Conf. ad ſeq gloſſam V. Στιπενδιάρια.

Ὑπερῷον.] V. Sup. in Συπερφίκιον. Vid. Cl. L. Bos *Exercit.* in *Act.* I. 13.

Ὑσέκ. χρῆσιν ἔχει.] V. Cl. corrigit Οὖσουν ἄβετ. Forte Ὑσικ. per compendium pro Ὑσικαπιτόει, quod mox per χρῆσιν ἔχει exponitur. Sup. Οὐσουκαπιτεύειν. χρῆσιν ἔχειν

Φάμου ἢ πλαγιαρίοις. ὁ περὶ ἀνδραποδιστῶν.] Opportune Cl. Schultingius (dum haec ſcribo, eheu! fato functus:) *Rectum eſt* Φαβίου. *Scil.* νόμου Saepiſſime enim β & μ permiſcentur: β enim ita pingitur (u.) Supra legitur: Φάβια ἢ πλαγιαρίοις. Φαβίου νόμος, περὶ ἀνδραποδιστῶν. Hinc reſtituenda praeſens gloſſa.

Φίσκος. ὁ δημόσιος.] MS. 2. omittit. ὁ. V. inf. Φύσκος.

Φόλλεις. ὀβολοί.] Conf. Reverendiſſ. Montfaucon. *Palaeogr. Gr* l. V. p. 360. cum iis, quae Labbaeus & Schultingius notarunt ad V. praeced.

Φόρος.

Φόρ⊙. ἔνθα ἐςὶ καθοικῶν.] Recte Cl. Schulting. κατοικῶν. Ita MS. 2.

[Φυρεγυδί. κλέπτοντ⊙.] MS. 2. Carent editi. Mox: Φύρτη. ἀγωγὴ &c. in *Ed. nov*, at Φύρτη in *Labb.* & sic infra.

Et haec quidem ea sunt, quae in his Glossis evolvendis conferendisque notabamus.

Auctorum laudatorum non ingens est numerus. En *catalogum*, cujus partem nunc demum video exhiberi etiam a Cl. Fabricio *Bibl. Gr. Vol.* IV. p. 570.

AQUILLIUS GALLUS. V. Ἀκυϊλιανή. Ἐπερώτησις. V. in LEX AQUILIA.

BASILICA. V. Βιστῆλη. Δεπήγνε. Δίκη. Ἰνρὲμ βέρσο. Ἰνρὲμ καθόλε, bis. Ινρὲμ ὑπλία, quater. Ἰνρὲμ περσπάρτε. Ἰνρὲμ ρεσκισσόρια, bis. Ἰνπερβάλλυμ, bis. Ἰνπρδίκτον δεκ. λεγ. bis. Ἰνπρκαπέδο. Μεπάλλε. Μίλες. Μίνες. Μόδες. Μόρβες, bis. Μόρτις καῦσα. Μενίτας, bis. Νεκεσσαρίες. Νοβατιόν. Νόξα. Πεκυνίας κονσὶτ. Περσεκερπτιόνες. Τάβελλα. Ὑποθηκάρια. Φόλις.

CODEX. V. Βιστῆλη. Ἐξεσπελᾶντο. Ἰνρὲμ βέρσο. Ἰνπερδίκτον δεκ. λεγ. Μίνες. Μόδες. Νεκεσσαρίες. Πεκυνίας κονστιτ. Φόλις.

DIGESTA. V. Ἀμβητ⊙. Δεπήγνε. Ἐξεσπελᾶντο. Ἰνρὲμ βέρσο. Ἰνρὲμ καθόλε. Ἰνρὲμ περσπάρτε. Ἰνπερβάλλυμ, bis. Ἰντέρδικτον δεκ λ. Ἰνπρκαπέδο. Μεταλλε. Μίλες. Μόρβες. Μόρτις καῦσα. Μενίτας. Νοβατιόν. Νοβικίες. Νόξα.

Νοξάλια. Νότο. Πεκυνίαε κονστιτύται, cuinquies. Περεπτέρα. Περετώρια άκτιο. Πρεϋδίκιον. Τάβυλλα. Φόλις.

DION. ἐν α' τῆς ἱστορίας. V. Τρίβυς.

EPIPHANIUS. (fine nomine) *contra Catharos*. V. Ὀβδονάρια.

HESYCHIUS ILLUSTRIS ἐν τῷ ε', ἢ ς', χρονικῷ διαστήματι τῆς ἱστορίας. V. Παλματίνυς. Ρελεβάτυς. Φόλις, bis.

INSTITUTA. V. Ἀκυλιανή. Δεπίγνυ. Δίκη. Ἐξερκιτορία. Ἰνρὲμ περσκάρτε. Ἰντέρδικτον δεκ. λ. Περετώρια άκτιο.

LABEO. V. Ἰντζικεράραμ.

LEX *Aquilia*. V. Ἀκυίλιος. Ἰνφάκτυμ. Σπρίλα. Nisi hic intelligatur *Aquilius* ipse.

- - - *Cornelia*. V. Δεφάλσης.

- - - *Falcidia*. V. Φαλκίδιον.

- - - *Julia*. V. Ἄμβιτος. Βία. Δεπεκυλάτυς.

NOVELLAE, V. Βισέλλη. Ρατιοναλίοι. Ὑποθηκάρια. Φαλκίδιον.

PAPIANUS. V. Ἰνφάκτυμ.

PAULLUS. V. Ἰνρὲμ Παυλιάνη.

- - - ἐν τῷ α' περὶ δυσαπαιτάστων. V. Δεπίγνυ

PLUTARCHUS *in Solone*. V. Ἰντερκαπέδο.

SABBATIUS. V. Ἰντερβάλλυμ.

S SIRAE *Martyrium*. V. Δάν.

STEPHANUS. V. Δίκη.

THALELAEUS. V. Φόλις.

Po-

Potuissem sane adcuratius loca ipsa indicare, quae ex *Basilicis*, *Codice*, *Digestis*, *Institutis* citantur. Sed hanc operam Jurisprudentiae studiosis nunc quidem relinquo: singula enim relegere non vacat.

Caput hoc JCtis dedi. Prius itaque quam finiam, in eorum gratiam subjicere lubet quaedam ad *l.* 3. §. 6. *ff. de Incend. ruin. naufr.* (L. XLVII. *tit.* 9.) ubi sic Ulpianus: *Qui ejecta nave quid rapuit, hoc edicto tenetur. EJECTA*, (addit) *hoc est, quod Graeci ajunt*, ἐξεβράσθη. Postremum vocabulum jam olim pessima scriptura deturpatum, ut vera lectio percipi non posset, variis conjecturis locum dedit. Ἐκκλυζομένης, Hugo a Porta; ἐξοκειλαμένης Haloander, Budaeum & Alciatum sequutus: quamquam ille ἐκκλυζομένης, vel ἐξοκειλάσης, hic prius προβέβληται, post ἐκβολή, tandem ἐξοκειλαμένη restituat, monente Anton. Augustino, Tarraconensi Archiepiscopo, in elegantissimo libro *Emendationum* IV. 16. *sub fin.* qui ἐξεβράσθη (in al. edd. male ἐξεβράσθι) ex editione Florentina praefert, ἀπὸ τοῦ ἐκβράζειν, adsentiente Amplissimo Praeside Bynkershoekio, Jurisprudentiae non minus quam Curiae Supremae ornamento, *Observ. Jur. Rom.* l. VI c. 25. § 8. Notat Vir Eruditissimus, solum Vintimillium ante editionem Florentinam ita repraesentasse, additque exemplum egregium ex Longi *Pastoral.* l. III. p. 127. *edit.*

 scil.

ſcil. *Jungerm.* ſive p. 94. *ed. Moll.* Εἰς τὴν γῆν εἰς τὰς ἄκρας πέτρας ἐξεβράσθη. *In continentem ſummas ad petras ab aeſtu eſt alliſa*, ſcil. navis. Ita Jungermannus reddit; pro quo P. Mollius: *in arduas cautes eſt EJECTA.* Uterque Interpres in *Notis* adſcripſit Ulpiani quae tractamus verba. Id tamen male me habet, quod ἐξεβράσθη (in loco noſtro) non reſpondeat Latino *ejecta*, in Ablativo abſoluto, niſi ὅταν, aut ſimile, ſubintellexeris. Mallem ergo, ſi ariolari liceat, ἐκβρασθείσης, vel ἐκβρασθέντος, ſcil. πλοίου, quod aeque forſan in vitiata ſcriptura latere potuit, quam ἐξεβράσθη. Exempla hujus vocabuli quae ad manus ſunt porro prodam. Pauſan. *Lacon.* c. 24. p. 272. refert, urbem Oreatas mutato nomine dictam eſſe Βρασιὰς, ἐπὶ τῇ ἐκβολῇ τῇ εἰς τὴν γῆν τῆς λάρνακος, *ab arcae in eam oram ejectione.* (Vid. ibi hiſtoriam.) Addit: ὡσαύτως δὲ καὶ ἐφ' ἡμῶν τὰ ὑπὸ τοῦ κλύδωνος ἀπωθούμενα εἰς τὴν γῆν ΕΚΒΕΒΡΑΣΘΑΙ καλοῦσιν οἱ πολλοί. *quomodo aetate etiam noſtra quae maris aeſtu ad terram extruduntur*, ἐκβεβράσθαι *vocant multi.* Herodot. VII. 188. *At quas NAVES ventus in alto nactus eſt* —— αἱ μὲν περὶ αὐτὴν τὴν Σηπιάδα περιέπιπτον, —— αἱ δὲ ἐς Κασθαναίην ἐξεβράσσοντο. *Aliae in ipſam Sepiadem illiſae ſunt* —— *aliae in Caſthanaeam expellebantur.* Et c. 190. *Aminocli* —— *fructuoſum hoc naufragium*, ὥς πολλὰ μὲν χρύσεα ποτήρια ὑστέρῳ χρόνῳ ἐκβρασσόμενα ἀνείλετο. *Qui*

ſe-

sequenti tempore multa pocula aurea PER AESTUM EJECTA sustulit. Lycophron *Alexandr.* ṽ. 377.

> Ὅσων στεναγμῶν ἐκβεβρασμένων νεκρῶν
> Σὺν ἡμιθραύστοις ἰκρίοις ἀκούσετε;

Quot suspiria mortuorum cum semifractis tabulatis EJECTORUM audietis? Et ṽ. 396.

> Ψυχρὸν δ' ἐπ' ἀκταῖς ἐκβεβρασμένον νέκυν.

Et frigidum ad littus EJECTUM cadaver: quomodo Josephus *Bell. Jud.* III. 9. p. 251. in adposito loco, τῶν ἐκβρασθέντων σωμάτων, *cadaverum ejectorum*, meminit. Iterum ṽ. 749. Ἧς — Ἀμφίβαιος ἐκβράσας, &c. *Ex qua* (rate) *illum Neptunus ejiciens*, &c. Et ṽ. 878. ἐκβεβρασμένους, *ejectos*. Schol. Tzetzis: ἐκβεβ. καὶ ῥιφέντας ὑπὸ τῆς θαλάσσης. Quinquies praeterea occurrit apud eundem Poëtam, at sensu paullum diverso: quemadmodum bis apud LXX. *Neh.* XIII. 28. & II. *Maccbab.* I. 12. Joseph. *Antiq. Jud.* IX. 10. p. 458. de Jona dicit, eum ἐκβρασθῆναι εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον, *ejectum esse in Pontum Euxinum.* Similiter Athenaeus: Ἐξεβράσθη ταῖς Ἐρυθραῖς κατὰ τὴν ἀκτήν. Quod profert H. Stephan. in *Thes. L. Gr.* T. I. p. 786. ubi simul ex Dioscoride, ἐκβράσσεται εἰς τὰς ἠϊόνας, ex Chrysostomo, νεκροὺς εἰς τοὺς αἰγιαλοὺς

R 5 ἐκ-

ἐκβεβρασομένους, ex Philone (post Budaeum) πρὸς αἰγιαλοὺς ἀποβεβράσθαι, adduxit. Caesar *Bel. Gall.* V. 10. *NAVES in litore EJECTAS esse*, dicit. Ubi Graecus Interp. ἐκβληθῆναι, pro ἐκβεβρασθῆναι Clemens Alexandr. *Paedag.* II. 12. *init.* ἐκβράσματα θαλάσσης habet, i. e. *ejectamenta maris*, ut Tacit. *de mor. Germ. sub fin.* Glossae Labbaei: Ἐκβρασθεὶς, ἐκριφεὶς, *Expulsus.* Et: Ἐκβράσσει τὸ σῶμα ἡ θάλασσα, *Respuit corpus.* Suid. Ἐκβρασθῇ. ἐκβληθῇ, ἐκριφῇ. Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὑπὸ τῆς θαλάσσης ἐκριπτομένων. Sic & Phavor. Conf. Hesych. in Ἐκβρασθείη. Idem ἐκβεβράσθαι dixit, in V. Κερδαῖος, & προσβεβρασόμενον ἀπὸ τῆς θαλάσσης τῇ γῇ, in V. Φυκός. Galen. Gloss. Hippocrat. Ἐκβρύασσει. ἐκβάλλει, ἐκβράσσει. Plura de simplici Βράζειν ejusque compositis addere volebam: sed muto consilium.

C A-

CAPUT II.

Egregiam *Suidae* operam navavit V. Cl. Ludolphus Kusterus. Spicilegium tamen post messem aliis relictam esse, nemo inficias iverit. Quae itaque sparsim, prout fors tulit, in Suidam conjeceram, postque insignes Duumviros, Jac. Gronovium & Lamb. Bos, observasse videbar, hic sisto: non ut eximii Viri meritis quidquam detraherem, sed literarum studiosis pro virili parte prodessem, libertatis veniam petens daturusque vicissim.

Ἀγείρας. ὁ χωλός.] Corruptum putant hunc locum Eruditi Interpretes, legentes, ὁ πτωχὸς, vel ὀχλαγωγός. Sed nihil mutandum. Respicit Joseph. *Bell. Jud.* VI. 12. sive V. 11. p. 355. *ed. Hav.* Ἀγείρας, sive χαγείρας, ὅπερ σημαίνει χωλός. Scil. a חגירא, ut bene observat Cl. Relandus. Conf. Ejusd. *Palaest.* p. 95.

Ἀκαταλήκτως. ἀκαταπαύστως. ἀκαταλλήλως. ἀναρμοδίως.] Distingue posteriora: † Ἀκαταλλήλως. &c. V. Hesych. & Phavor.

Ἄληπτος. ἀκράτητος. Εἰπὼν τὴν αἰτίαν, ἀφ᾽ ἧς ἄληπτός ἐστι τοῖς ἐχθροῖς. Ἀριστοφάνης.] Quis ille *Aristophanes?* Comicusne, an Grammaticus? Sed neutri satis convenit alla-

ta

ta ῥῆσις. Tu meo periculo pro Aristophane *Josephum* substituas, notissimum suae gentis Historiographum. Integrum locum sic scribe: Μαθεῖν τὴν αἰτίαν τῆς ἰσχύος, ὑφ' ἧς ἄληπτός ἐστι τοῖς ἐχθροῖς. Ἰώσηπος. *Ut disceret caussam tanti roboris, ob quod ab inimicis capi*, vel *superari*, *non posset.* Exstant Josephi illa verba *Ant. Jud.* V. 8. p. 303. ubi Simsonis & Delilae historia narratur.

Ἀλλοῖος. ὁ παρηλλαγμένος, ἢ ἀλλοδαπός.

Ἀλλοιοφανής.] Ita in omnibus Editt. etiam in principe Mediolanensi: quasi vox Ἀλλοιοφανὴς novae glossae initium faceret; aut potius nuda & sine interpretatione compareret. Quod tum Suidae, tum Hesychio familiare esse, sexcentis exemplis facile probarem. Atque ita intelliges Hesychium in Ἀτεχνία, Ἀφινιάζει, Διαιτητὸς, &c. De quibus alias. Hic autem Suidae verba proposita una serie legenda esse Hesychius probat, Ἀλλοίους explicans per ἀλλοιοφανεῖς.

Ἀμβλίσιον. τὸ μάννα.] *Hanc vocem in summa Barbarie inquirendam* putat Cl. Kusterus. Infra vero in Μάννα Suidas repetit: παρὰ πολλοῖς δὲ λέγεται τὸ μάννα Ἀμβλίσιον. Videtur corruptum esse ex Ἀμβρόσιον. Sic Ἀμβροσία τροφὴ (quod est in *lib. Sapientiae* XIX. 21.) apud Hesych. exponitur, μάννα.

Ἀμύ-

Ἀμύκλαι.] Ait, Empedoclem hoc pedum ornamento usum fuisse; καὶ ἀμύκλας ἐν τοῖς ποσὶ χαλκᾶς (εἶχε.) Meursius *Lacon.* I. 18. ἀμυκλαΐδας emendat: neque obstat Kusterus, qui tamen Suidam suum defendere potuisset ex Theocrit. *Idyll.* X. 35. — καινὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας. ubi Schol. εἶδος ὑποδήματος, & Λακωνικὰ ὑποδήματα exponit.

Ἀνδρόδρομος. ὁ τρέπαλιν.] Ἀνδρόδομος correxerat etiam Keuchenius in Corn. Nep. *Praefat.* & jam olim H. Steph. in *Indice* Thes. Gr.

Ἀνέῤῥιψαν. ἀνέβαλον. — Οἱ δ' ἅμα πάντες ἀναῤῥίψαντες ὄλεθρον.] Vertit Portus ineptissime: *Illi vero simul omnes in aliud tempus differentes interitum*, id est, *mortem.* Quasi vero illorum esset, quod de Medicis canit Callimachus *H. in Apoll.* ℣. 46. eos ab ipso Apolline didicisse ἀνάβλησιν θανάτοιο. Rectius suum N. L. adposuisset. Kusterus ita: *Illi vero simul omnes mortis discrimini se offerentes.* Saniorem sensum adgnosco: num vero ἀναῤῥίπτειν ὄλεθρον id significare queat, non anquiram. Repone quanto ocyus:

Οἱ δ' ἅμα πάντες ἀνέῤῥιψαν, δείσαντες ὄλεθρον.

Illi vero simul omnes remis incubuerant, timen-

mentes mortem, quam ſcil. ita effugere conabantur; ut patet ex contextu Homeri *Odyſſ.* Κ. 130. quem verſum citat Suidas. At quum duae ſyllabae (δείσαν) exciderant, conjunxerunt priorem partem vocis ἀνέῤῥιψαν, ſublato augmento, & reſiduam (τες) vocis δείσαντες, ut prodiret ἀναῤῥίψαντες. Nihil verius hac emendatione, ne quidem illa quae apud Sagram.

Ἀνθέξεται. ἀντιλήψεται. Καὶ ἀνθέξεται κρίματος ἡ χείρ μου.] Kuſterus ita: *Haec ſunt verba Davidis in Pſalmo aliquo, qui nunc non ſuccurrit.* Nimis feſtinanter haec adjecit. Locus enim eſt in Cantico Moſis *Deuter.* XXXII. 41.

Ἀντέχε. —— Καὶ πρότερον ληφθείς τις ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, πρὸς πᾶσαν αἰκίαν βασάνων ἀντέχεν.] Ignorarunt Interpretes locum, quem deſcripſit Suidas. Eum ſi indicavero, laborantem hactenus Lexicographum ſanaverim, legendo: Καὶ πρότερον ληφθείς τι. τῶν ἀπὸ τῆς Ἰωταπάτης, &c. Ita Joſeph. *B. Jud.* III. 13. p. 849. ſive 244. *nov. Edit.* Forte Ἰωπάτης per compendium ſcriptum fuit, quod in Ἰουδαίως mutatum, Niſi forte Suidas pro ſpeciali *Jotapatenorum* nomine uſurpaverit generale *Judaeorum.*

Ἀντιώντων. ἀπαντώντων.] L. Ἀντιοώντων, ex Hom. *Il.* Ψ. 643.

Ἀπελ-

Ἀπελλικῶν.] De Apelliconis Teji bibliotheca, in Syllae potestatem redacta, locum hic descripsit Suidas ex Plutarch. *Vit. Syll.* p. 468.

Ἀπεσφακέλισεν· οἱ μὲν γραμματικοί, ἐσάπη. —— ὁ δὲ Ἀριστοφάνης, ἀντὶ τοῦ ἀπεσπάσθη.] Cl. Kusterus haec adnotat: *Locus Aristophanis, ad quem Suidas hic respicit, in ejus drammatibus, hodie superstitibus, ni fallor, non exstat.*. Recte. At Hesychius in eadem voce citat Aristophanis Ὁλκάδας, cujus fabulae Harpocration, Athenaeus, Pollux, alii, meminerunt. Verba sunt: Ἀπεσφακέλισεν. ἐσάπη. Ἀριστοφάνης Ὁλκάσιν. οἱ δὲ ἰατροί, τὴν ἐκ τῆς ὄψεως μελανίαν. ἢ ἀντὶ τοῦ προσεσπάσθη. &c. Scribendumne sit apud Suidam pariter ἰατροί, pro γραμματικοί, ut Etymologus quoque habet, nunc non disputo: vulgata enim lectio se tueri potest. Tantum moneo, pro τῆς ὄψεως apud Hesychium rescribendum esse, τῆς σήψεως. Sic enim in Σφακελίζει legitur: σφακελισμὸς καὶ σφάκελος, —— ἡ τῶν ὀστέων σῆψις. Conf. Actuar. l. II. περὶ διαγν. παθῶν, c. 30. Scilicet ex collisione earundem literarum periit alterum sigma; unde ὄψεως pro σήψεως. Ut autem par bene compositum Grammaticorum in laudando Aristophane concinat, vide num ita constituenda sit Hesychii glossa: Ἀπεσφακέλισεν. ἐσάπη. οἱ δὲ ἰατροὶ τὴν ἐκ τῆς σήψεως

ψεως μελανίαν. (Scil. σφάκελον λέγουσι. Saepe enim ἐλλειπτικῶς & decurtate loquitur Hesych.) ἢ ἀντὶ τοῦ παρεσπάσθη. Ἀριστοφ. Ὀλκάσιν. &c. Sic omnia prono alveo decurrunt. Conf. Suid. in Ἀπορεῖν, & Σφακελισμός.

Ἀπηύρα. ἀφείλετο. ἀπέλαυσεν.] Euripid. *Andromach.* ℣. 1028.

> Αὐτά τ' ἐναλλάξασα φόνον θανάτῳ
> Πρὸς τέκνων ἀπηύρα.

Ipsaque commutata caede cum morte, sui sceleris fructum *a filiis* oblatum *percepit.*

Ἀποῤῥησία. ἀντὶ τοῦ εὐπορία.] *Interpretationem miram meritoque suspectam* dicit Cl. Kusterus. Hesych. Ἀπόῤῥησις. ἀπορία. Atque ita hic restituit Cl. L. Bos *Animadv.* p. 143. Sed jam olim hoc viderat H. Steph. in *Ind.* Thes. sui: cujus emendationes in Suidam, variasque ex Codice veteri (non semel a me Leidae viso) allatas lectiones miror neglectas esse a Kustero in sua Editione.

Ἀποσημήναντος. &c.] Citatur hic locus Josephi *Ant. Jud.* V. 8. p. 303. *nov. Ed.* ubi sic legitur: Ἀποσημήνασα δὲ τοῖς ἄρχουσι τῶν Παλαιστινῶν, ἐνήδρευσεν τῶν στρατιωτῶν ἔνδον τινάς. In eadem Delilae historia, de qua sup. in V. Ἄληπτος.

Ἀπε-

Ἀπυσιάσῃ. Ὁ δὲ εἰς τὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἀπυσιάσῃ.] Pro Ὁ δὲ forte legendum Οὕτως. Ita enim Artemidor. *Oneirocrit.* I. 81. p. 71. unde locum desumpsit Suidas.

Ἀποφοιβάζων.] Vid. Strabon. l. XIV. p. 675.

Ἄῤῥατον. ἰσχυρὸν, &c. Ἀῤῥάτων δὲ, ἀπλήτων, κρυέων.] Leg. Ἄῤῥηκτον, & Ἀῤῥάτων. Utrumque firmat Hesych. apud quem etiam Ἀῤῥήκτοις, ἀσχίστοις, ex Aeschyl. *Prometh.* ℣. 6.

Ἀσκαλαβώτης. ὁ γαλεώτης. οὐχὶ καλαβώτην λέγουσι. &c.] Pro καλαβώτην Kusterus κωλώτην scribendum conjicit, refutatus a nupero Philes Editore, qui p. 120. σκαλαβώτην corrigit. Neuter adeo male: quamvis posterius magis placeat. Καλαβώτην tamen e Suida nondum ejecerim ob Hesychii auctoritatem, qui τοὺς κωλώτας Argivis καλαβύστας dictos fuisse tradit non tantum, sed ipsum illud καλαβώτης habet in V. Καλαβάς, & paullo post. Occurrit praeterea καλαβώτης apud τοὺς ὁ *Levit.* XI. 20. & *Proverb.* XXX. 28.

Ἄσκοπον. —— καὶ Ἄσκοπος λάβη. ἀπροσόρατος. τουτέστιν ὁ θάνατος.] Exemplum hoc petitum ex Sophoclis *Electra*, ℣. 868. Vid. ibi Schol.

Ἄσταχυς. —— ἐπὶ τ' ἠμύει ἀσταχύεσσιν.] Exstat hemistichium *Iliad.* Β. 148. Conf. Hesych.

ſych. in Ἡμύς, pro quo & Μύς apud eundem.

*Ἄσυρον. πόλιν.

Ὅς τ' ὤκιστο ἐς ἄσυρον ἀγγελιώτης.]

Cl. Kuſteri Nota haec eſt: *Senſus fragmenti hujus eſt mutilus & obſcurus: quae ratio eſt, quare verſionem Porti qualemcunque hic retinuerim.* Forte haec ſcribens nondum legerat Ill. Bentlejum, qui ad Callimachi *Fragm.* p. 406. commode emendat ὤκιστο. Aliud ex Callimacho exemplum eſt apud Etymol. M. in Ἀσυρὸν, ut ſcribit ille, cum accentu in ultima. Frequens hoc vocabulum Callimacho fuiſſe videtur. En aliud ejusdem Epigramma apud Strabon. l. I. p. 46. in Callimachi Edit. Vulcaniana *num.* VII. Veıba integra adponere non pigrabor:

Οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρυ σχάσαντες ἐρετμὰ,
Λᾶα παρὰ ξανθῆς Ἁρμονίης ὄφιος
Ἀσυρὸν ἐκτίσαντο. τὸ μὲν Φυγάδων τις ἐνίσποι
Γραῖκος, αὐτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

Merito vapulat Caſaubono **Bonaventura** Vulcanius, vertens:

Il-

Illyricum remis emensi, ad LITTORA LAEVA
Flava ubi serpentes induit Harmonie
ASTYRON exstruxere. ita Graecus nominat EXSUL,
Quam vocat illorum patria lingua Polas.

Quibus manu sua Theodorus Uchtemannus sequentia adscripserat, quae tecum communicabo, Lector: *Misere* (inquit) *deceptus est Vulcanius. Nam LITTORA LAEVA fuissent Italiae, non Illyrii.* Ἀστυρὸν *vide pag.* 171. (Edit. Vulc. scil.) *Sic* (pergit) *verto*:

Littore in Illyrico ut placuit suspendere remos,
Pulchrae serpentis marmora ad Harmoniae:
Urbem constituere, appellet quam Φυγάδων *quis*
Graecus; at illorum barbara lingua Polas.

Ἄτρεστος. Ἐνηθλήσω ἢ ἀφροσύνη
Ἄφρεσιν ἀτρέστῳ μητρὸς ἐλαθεραίης.]
Cl. Kusterus adscripsit: *Horum verborum sensus obscurus est, nec quid ea sibi velint, propter brevitatem fragmenti sciri potest.* Oblitus erat Vir Doctus, esse hoc Zenodoti

Stoici, Diogenis discipuli, Epigramma in obitum Zenonis Cittiei, quod integrum (tribus distichis constans) exhibet Diog. Laërtius in *vit. Zenon.* l. VII. *p. m.* 325. *Edit. prim. apud Froben.* Lege, sis, & Suidam intelliges.

Αὐλός. —— καὶ περόνης μέτρον.] *Haec de mendo mihi suspecta sunt: vel saltem eorum sensus me latet*, inquit Kusterus. At respexit Suidas locum *Odyss.* T. 227. ubi περόνη τέτυκτο αὐλοῖσιν &c. Schol. Αὐλοῖσι. ῥάβδοις εὐθείαις, εἰς ἃς κατακλείονται αἱ περόναι. Hoc Suidas περόνης μέτρον vocat. Μέτρον enim, auctore Hesychio, est πέρας, ἢ ἄλλό τι ὡρισμένον. Conf. Schol. *Il.* Λ 353.

Ἀΰσάντων. βοησάντων, φωνησάντων, κηρυξάντων.] Forte κραξάντων. Hesych. κραυγησάντων. *Il.* Β 334. Idem: Ἀΰσας. κράξας.

Αἰνή. ἡ δεινή. Αἴνη ὄρος, τὸ τῆς Σικελίας ὄρος.] Scrib. Αἴτνη ὄρος, ut inf. suo loco.

Αἰνόθεν. αἰνῶς.. λίαν. δεινῶς.] Scrib. Αἰνόθεν αἰνῶς. (ex *Il.* Η. 97.) λίαν δεινῶς. ut Hesych.

Εὐθυωρόν.] Fragmentum quod hic, & in Ὁ Κὼχ, exhibetur, putem esse Menandri historici. Vid. Suid. in Κὼχ, ubi laudatur Menander.

Ἐφραθᾶ —— παρ' Ἑβραίοις ὄνομα Μαρίας σημαίνει τὸ Ἐφραθᾶ.] Locum hactenus non intellexerunt Interpretes, ut satis ex Kustero liquet, qui *cum nugis conflictari non*

solere

folvere se ait. Sed bene sibi constat Lexicographus, dummodo pro Μαρία, *Maria*, unica literula mutata reponatur μανία, *furor*, sive μανίαν. Debeo hanc emendationem peritissimo Viro, Jo. Jac. Wetstenio; quae & olim Cl. Hemsterhusio in mentem venerat. Respicitur nempe ad Hebr. עברה *excandescentia*, *furor*. Confirmat Hieronymus ad Mich. V. 2. *EPHRATHA*, *quod interpretatur FURORεM*, *propter Herodis insaniam*.

Ἔχε δή. ἀντὶ τοῦ —— ἄρα δὴ, πρόσεχε.] Pro ἄρα rectius ὅρα legitur in Photii Lexico inedito. Ita consentit sequens πρόσεχε.

Ἡμιδαπής. ἡμιτελής.] An Ἡμιδεής? Id paullo ante explicuerat: ὁ τοῦ ἡμίσεως αὐτοῦ ἔνδειαν ἔχων. Hesych. Ἡμίδεα. τὰ οὐχ ὁλόκληρα.

Ἡνίοχος. —— Κωκυτὸς καὶ Στυγὸς —— ἐκλόχευμα.] Recte Cl. Kusterus legit Κωκυτοῦ, nec aegre ipsi adsentior, haec de *Polyeucto* esse ἀπροσδιόνυσα. Addo tantum, eandem ῥῆσιν infra repeti in Πολύευκτος, ubi emendatius etiam legitur Κωκυτοῦ.

Ἰσηγορεῖ. ὅπίσης λέγει. † Ἰσολογεῖ. Πολύβιος. &c.] Sic omnes Editiones. Admodum fallor, ni scripserit Suidas: Ἰσηγορεῖ. ἐπίσης λέγει, ἰσολογεῖ. † Ἰσηγορία. Πολ. &c. Haec nova glossa est, a praecedentibus discernenda. Etenim in Polybii exemplo

allato legis: τὴν τούτων ἰσηγορίαν. Ergo hanc vocem propofuerat. Faccem praefert Hefychius: Ἰσηγορεῖ. ἐπ' ἴσης λέγει, ὁμοτίμως ἰσολεγεῖ. Scrib. ἰσολογεῖ. Deinde: Ἰσηγορία ἰσολογία. Photius etiam in Lexico MS. (cum quo paffim Suidas convenit) quatuor priora conjungit vocabula.

Θέμιστος. δικαιοσύνης.] Hefych. Θεμιστός. δίκαιος. — ὅσιος. Et fic forte fcripferat Suidas. Photius etiam δίκαιος, fimpliciter.

Θεόγνις. — ἐκ τῶν λ΄.] *Unus ex* 30. Tyrannis. Sic praeter Harpocrationem Photius, pro ἐτῶν λ΄. Idem viderat Hadr. Junius in *Notis* ineditis. Conf. Kuft.

Καταβραβευέσθω. καταλογιζέσθω.] Optime Kufterus emendat: Καταβραβευέτω. (ex *Col.* II. 18.) παραλογιζέσθω. Utramque lectionem praefert Photius in Lex. MS.

Κατὰ ναῦν.] Inter hanc gloffam, & feq. Καταναῦος, omifit Kufterus: Κατανδρείζεσθαι. γενικῇ. † Καταπαλαίειν. Sic Editiones: ideoque omiffa videntur haec vocabula, quafi nullius frugi, ut in quam plurimis aliis locis. Sed ex Photii Lex. MS. patet, haec conjungenda effe. Accedit Hefych. Κατανδρείσεσθαι. καταπαλαῖσαι. Similis eft locus: Κατασείει. αἰτιατικῇ. † Καταῤῥάπτει. καταβάλλει. Quae continua ferie legenda effe, bene monet Kufterus. Et fic Photius in Lex. MS.

Κα-

Κατάϛασις. — Ἔυπολις. &c.] Scil. ἐν Φίλοις, ut ex Photii Lexico patet. Nota fabula ex Polluce, Harpocratione, aliis.

Κατίθι. κατέτρεχε. κατῆθορε. καταπήδησι.] Sejunge posteriora: † Κατῆθορε. καταπ. Ita Photius in Lex. inedito, & Hesych.

Κενοτάφια.] V. Sup. ad *Gloſſar. N. T.* p. 161. 162.

Κλητῆρες. οἱ ἄνδρες, &c. — Κλητεῦσαι ἢ, &c.] Photius ante haec verba praemittit: Κλητῆρες καὶ Κλητεύειν. quae aliae Editiones in fine superioris glossae exhibent, hinc male ejecta, cum utrumque explicare voluerit Suidas, ut seqq. docent.

Κωκυτὸς — ἡ ὀδυρμός. † Κωπετός. Ἀγαθίας.] Recte Cl. Kusterus haec conjunxit, legitque κοπετός, idque ex MSS. Parif. Cum iis vero passim consentit Photii Lexicon ineditum, etiam h. l. conjungens: ὁ θρῆνος, ἡ κοπετὸς, ἡ ὀδυρμός.

Κρώζει. ὡς κόραξ ἢ κορώνη κρώζει.] Hoc idem est per idem. Ex Photio itaque & Hesych. rescribe: ὡς κόραξ ἡ κορώνη κράζει.

Κοινὸν γραμματεῖον. — Τὸ μὲν κοινὸν, εἰς ὃ ἐνεγράφοντο οἱ εἰς τὰς φράτορας &c.] Photius exhibet: οἱ εἰσαγόμενοι εἰς τὰς &c. quod praefero.

Λέαινα.] Post V. Λέγω. Citatur hic Aristoph. *Lyſiſtr.* ℣. 231.

Ου σήσομαι λέαινα ἐπὶ τυροκνήστιδος.

Ita apud Comicum, & inf. in Τυρόκνηστις.

nec non apud Photium in Lexico MS. & Hesych. in Λέαινα legitur. Eccur itaque h. l. ἐπὶ προκυνήσεσι relictum est?

Ἀυγιζόμενος. ςρεφόμενος, καλυπτόμενος.] Pro καλυπτόμενος recte καμπτόμενος corrigit Kusterus. Sic Photius in Lex. & Hesych.

Αὔσῃ.] In loco Platonis, pro παίσῃ Photius recte etiam πείσῃ.

Αυσιμάχος.] Hac in glossa Photius recte iterum ἀπλειῶν, pro quo Suid. ἀδελφῶν.

Μάννα. θυσία] Photius Μαναὰ, ut Drusius voluit. Conf. Ill. Pearson. *Not.*

Μεσοπρῶν. μέσην ὁδόων.] Leg. Μεσοπορῶν, ex Photii Lexico inedito. Μεσοπορεῖν dixit Menander, teste Phrynicho *Ecl. Dict. Att.* p. 76. qui hoc vocabulum damnat. Recte Dav. Hoeschelius adfert locum Sirach. XXXI. 23. (al. 24. & in Ed. L. Bos XXXIV. 21.) quem & Soping. notaverat ad Hesych. ubi pro Μεσόπτερον, μέσην ὁδόων, corrigit, Μεσοπορῶν. Quod H. Steph. in *Ind.* jam conjecerat, & pluribus adstruit Drusius ad Sirachi *l. c.* Conf. Bochart. *Geogr. S.* p. 94. Ad Hesychii locum sequentia adscripserat M. Meibomius: *Haec conjectura, e Siracidae illo loco petitam esse hanc vocem, bona est. Sed scribendum puto* (apud Sirach. nempe) μεσοπορῶν, *hoc sensu.* Venis repletis nimio succo & sanguine surge. *Adjunctum verbum*

bum ἀνάστα, & seq. ἵμεσον, *meam lectionem suadent.* Vellem probasset V. Cl. suum μεσοπορῶν, quod frustra quaeras. Corrige interim Hesychium, qui superius: Μεσηρ-ροπῶν. μέσlw ὁδὸν. pro Μεσοπορῶν.

Μετὰ. —— Ἐνθάδε, καὶ μετὰ πᾶσιν. Ἐπεὶ Τε-μέσlw &c.] Recte Kust. ex MSS. restituit: Ἐπί. Scil. Μετὰ esse pro ἐπὶ, in illo Homeri: Ἐς Τεμέσlw &c. Et sic Photius. Praecedentia vero, Ἐνθάδε καὶ &c. delenda esse nondum concedo: forte enim respexit ad *Il.* O. 96. Ταῦτα ἢ καὶ μετὰ πᾶσιν &c. Quare, ne seriem orationis interrumpant, collocanda putem haec verba statim post Μετὰ, tanquam exemplum; ut sequantur illa: Ὁ τῆ &c. Sic omnia fluunt.

Μὴ νόμισον. —— ὅτως Θαγενίδης.] Kusterus: *Auctor est obscurus & mibi ignotus. Forte legendum est*, Θυκυδίδης. Atque ita Photius in Lexico.

Μινύαι.] In allato Epigrammate Hadr. Junius τανυμύκυ βεὸς explicat, *tauri longum penem babentis.* Nisi potius legendum sit (addit) τανυμύκλυ, *longa cervice:* confertque vocem ἐννέμυκλος.

Ξένος. —— ὁ Ἀπόστολος· Ἀσπάζεται ὑμᾶς ξένος ὁ φίλος μου.] Locus est *ad Rom.* XVI. 23. ubi tamen legitur: Ἀσπάζεται ὑμᾶς Γάϊος ὁ ξένος μου. Suidae lectionem pro variante non habuerim sine aliorum Codicum

ſuffragio. Forte ſcripſerat Lexicogr. Ἀσπ. ὑμ. ὁ ξένος μου omiſſo *Gaii* nomine. quando alius poſtea φίλος addiderit pro interpretamento, quod in textum deinde, ut ſaepius, irrepſit. Paullo ante enim ξένος expoſitum erat, ὁ φίλος. Conf. Heſych. in Ξεῖνος, & Ξενία.

Οἰνόη. δῆμος —— πρὸς Ἐλευθέρας.] Photius, Ἐλευσῖνας.

Οἶς, οἰός. τὸ πρόβατον.] Phot. Οἶς. αἶξ, ἢ πρόβατον.

Ὁμωμοσμένος.] Caret interpretamento, ut plura Suidae vocabula. Sed inter hoc & praeced. Ὁμώλαξ, priores Editiones exhibent etiam Ὁμόμωκα, pariter ſine expoſitione. quod neſcio cur potius omiſerit Kuſterus, quam Ὁμωμοσμένος. In Photii Lexico non tantum Ὁμόμωκα reperitur, ſed & auctor laudatur Ἄρχιππος Ὄνῳ.

Ὀνιδία. τοῦ ἵππου τὸ ἀφόδευμα.] In Photii Lex. MS. legitur, Ὀνιαῖα. & Heſych. Ὀνιαῖα. (non Ὀνιαῖαι.) τοῦ ἵππου τὸ ἀφόδευμα. ante V. Ὀνίγλη.

Οὐδὲν ἀρχαῖον ποιεῖς.] Photius ποιεῖ, in Cod. Wolfiano; additque: ἐπὶ τῶν μὴ λυσιτελούντων.

Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.] In hac gloſſa pro Ἀγαθοκλέους Kuſterus recte Κλεισθένους repoſuit ex MSS. Pariſ. Et ſic Photius in Lexico. Idem paullo poſt, ἀπώρχηται τὸν γά-

γάμον, ut correxit V. Cl. pro τῶν γάμων.

Ὡσαννά. δόξαν σημαίνει. καὶ γὰρ ἄλλος Εὐαγγελιστὴς λέγει· Εἰρήνη τῷ υἱῷ Δαβίδ. καὶ ὁ ἕτερος· Δόξα τῷ υἱῷ Δαβίδ. ὥστε τὸ Ὡσαννὰ δόξαν σημαίνει. παρά τισι δὲ, Σῶσον δή. οὐκ ὀρθῶς.] In prioribus respicit loca Luc. XIX. 38. & Matth. XXI. 9. unde rectius ita scriberetur: καὶ γὰρ ἄλλος Εὐαγγελιστὴς λέγει· Εἰρήνη καὶ δόξα. καὶ ὁ ἕτερος· Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· ὥστε τὸ Ὡσαννὰ δόξαν (καὶ εἰρήνην) σημαίνει. Alioqui minus cohaeret Suidae locus. Nulla enim est sequela: *Euangelistarum alter* εἰρήνη *dixit, alter* δόξα, *ergo Hosanna est* δόξα. Sed recte inferas: *Alter habet* εἰρήνη καὶ δόξα, *alter* ὡσαννὰ, in eadem acclamatione, *ergo Hosanna* idem valet quod εἰρήνη & δόξα, quia permutantur. Scil. hac in historia, non etymi virtute. Conf. *Observat.* nostras ad Luc. *Euang.* II. 14. qui hymnus est quasi Angelorum *Hosanna*, ut ita loquar. Quod addit Noster in fine: *a quibusdam minus recte exponi*, σῶσον δή. Hebraicae linguae ignorantiam prodit. Recte enim הושיעה נא sic redditur a LXX. *Ps.* CXVIII. 25. unde Sup. in *Glossar. N. T.* p. 10. Ἰησοῦ, σωτήρ, ὁ σώζεις, ἢ σώζων.

Πανταχῆ. πανταχοῦ· πάντα τρόπον. ἐν παντὶ τρόπῳ. καὶ πανταχόθι. πανταχοῦ δὲ καὶ πανταχόσε, εἰς πάντα τόπον.] Sic priores Editiones.

Re-

Rectius in Photii Lexico: Παντοχῆ. πάντα τρόπον. καὶ Πανταχῦ, ἐν παντὶ τόπῳ. καὶ Πανταχόθι. Πανταχοῖ δὲ &c. Confer nunc Cl. Kuster.

Παραγραφή. — Ἰσοκράτης παραγραφῆς εἶπεν, ἀντὶ τῦ, ἀπὸ τῆς γραφῆς.] Phot. ἀπογραφῆς, una voce.

Παραθεῖναι. — κωμικῶς ἐπὶ Εὐβοίας. &c.] Sic Editiones. Versio habet: *De Euboea* (Aristophanes) *Comice dicit.* &c. Sed pro κωμικῶς omnino scribendum Κωμικός. Phot. ὁ Κωμικός, scil. Aristophanes, *Nub.* ℣. 213.

Παράπαν. — ἐξ ὕ καὶ ἀντιπαράτωρα.] Tho. Bruno legit, ἀυτὴ παράτυρα Idem in V. Παρενθέμενος corrigit παρενσυρόμενος, *eludens*. ubi de Acacio. Sic ille in *Not. MSS*.

Παρέδωκεν. ὁ Ἀπόστολος &c.] Scil. *Rom.* I. 28. non XXI. 8. ut expressum est typothetae vitio.

Πελιδνόν. μέλαν. λέγεται δὲ καὶ Πελιδνὸν παρὰ Θυκυδίδῃ.] Hoc idem est. Scrib. λ. δ. καὶ Πελιτνόν, per τ, ut Photius hanc glossam exhibet. Eustath. ad *Il.* I. p. 735. ℣. 57. *Edit. Rom.* Πελιδνῦ. αὐτὸ γὰρ καὶ Πελιτνὸν διὰ τῦ τ παρὰ Θυκυδίδῃ εὔρηται, ὡς καὶ Διονύσιος Αἴλιος παρασημειῦται.]

Πέπυσαι. ἤκηκόει] Scrib. Πέπυσο, ex Hesychio. Sic Hom. *Il.* N. 521. & X. 437. Photius: Πέπυσο. ἀκηκόει. Hesych. bis: Πέπυσμαι. ἀκήκοα.

Πε-

Περιφερές. κύκλῳ στρογγύλον.] An ita: Περιφερείᾳ, κύκλῳ. Περιφερὲς, στρογγύλον. Hesychius suadet.

Πεττεύουσι. — καὶ Πεττείαις, — αὐλοῖς] Photius recte τάβλαις, ut correxit Kusterus.

Πιθανώτατος.] Caret interpretatione. Photius addit: τοῖς πολλοῖς. ὁ πιστικώτατος, πείθων τοὺς πολλούς. παρὰ Θουκυδίδῃ.

Πίστρα. ἡ ποτίστρα.] Photius: Πιστήρια. ἡ ποτιστήρια. quod praefero. Hesych. Πιστήριον. ποτιστήριον.

Πίτυλος. — φαντασιοσκόπος] Phot. φαντασιοκόπος, ut conjecit Kusterus.

Πλεκοῦν.] Citatur hic Aristoph. *Pluto*, ℣. 1083.

> Ὀυκ ἂν διαλεχθείην διεσπεκλωμένῃ
> Ὑπὸ μυρίων ἐτῶν γε καὶ τρισχιλίων.

Cl. Kusterus pro ὑπὸ mallet ἀπό. Perperam, ut mox senties. Si quid in Comici loco mutandum, rescriberem potius διεσπλεκωμένῃ. Hesych. Σπλεκοῦν. πλησιάζειν, συνουσιάζειν, περαίνειν. Vulgo vertitur locus: *Non commutem verba cum muliere, a decies ter mille annis subagitata.* Bene, post Gatakerum, monuit Kusterus, priora sic vertenda esse: *Rem non habuerim, non concubuerim, cum* &c. Sed quid est *mulier a decies ter mille annis subagitata?* Carolus Girardus hanc rationem adfert: *Dicturus proprie erat, ὑπὸ μυρίων ἀνδρῶν. Sed longaevitatem illi exprobrans, & aetatem* ani-

aniculae ad coitum intempestivam, dixit ἀπὸ μυρίων ἑτῶν. Sic praeiverat Scholiastes: Δέον εἰπεῖν ἀνδρῶν. ἑτῶν εἶπε, σκώπτων αὐτὴν ὡς γραῦν. Fieri potest (& crediderim) lusisse suo more Comicum in voce ἑτῶν, ut senectutem Veneri perosam exprobraret vetulae. Reddiderim tamen potius ἑτῶν per *familiares*, *amicos*, i. e. amatores: ab ἔτης, unde ὦ 'τὰν, i. e. ὦ ἑταῖρε. Hesych. Ἔται. ἑταῖροι. συνήθεις. πολῖται. δημόται, φίλοι Conf. eund. in Ἔτας, & Ἔταισιν, post Ἐπέρωσε. Nonne meliorem sensum fundit, *mulier a decies terque mille* (i. e. infinitis) *amatoribus subagitata?* Cum voce ἔτης confer αἴτης. Thessali enim τοὺς ἐρωμένους Ἀΐτας καλοῦσιν, teste Scholiaste ad Theocritum inedito, quem laudat Salmasius, ὁ πάνυ, ad *Aram secundam*, p. m. 223. Conf. Schol. ad *Idyll.* XII. 14 Hesychius Ἀΐταν explicat, ἑταῖρον, ut Ἀΐτας ipsi est ἑταῖρος. Active enim & passive sumpta haec vox, ut Lat. *Amicus*. Sed pergamus.

Πλημμελεῖν. — Λύσις· Τὸ γὰρ ἄχρηστον, φίλον ὁμολογεῖν, πλημμελὲς, πλημμελῶς ἂν δόξειε λέγειν.] Photius inter πλημμελὲς & πλημμελῶς interserit: Νόμον θ' σχεδὸν οὐδεὶς ἂν λέγοι οὕτως, πλ. &c. Pro Λύσις correctum erat Λυσίας.

Πρεσβυγένεια. παλαιοτέρα γένεσις. καὶ συγκριτικῶς.] Prius adgnoscit etiam Hesychius.

Po-

Poſtremum, καὶ συγκλητικῶς, ſenſu caret, adeoque omiſſum eſt in verſione. Photius addit vocem, πρεσβυγενέστερον, quam ex Polyb. IV. 66. Suidas in Προσηγγελμένοις adfert. Heſych. exponit, προτιμότερον, κρεῖττον, &c. Apud Suidam ſequitur nudum vocabulum Πρεσβυγενής. Forte ita dirigendum: Πρεσβυγενής . . . . . . καὶ συγκλητικῶς, Πρεσβυγενέστερον, πρεσβυγενέστερον. Heſych. Πρέσβεις. — προτιμώμενοι.

Πρόβολος. ἔξαρχος τοῦ βουλευτηρίου.] Kuſt. *Haec interpretatio non convenit voci Πρόβολος, ſed Πρόβουλος.* Atque ita Photius in Lex. & Heſych.

Προπέρυσι, καὶ Πέρυσι.] Recte Phot. per υ, Προπέρυσι, καὶ Πέρυσι.

Προσερρύη. προσεφοίτησε, προσῆλθε. προσέρρευσεν.] Photius: οὐ προσέρρυσε.

Προσίονται. προσδέχονται.] L. Προσίενται, ut Phot. & Heſych. Favet etiam literarum ordo: ſequitur enim Προσίεται.

Προσπτύξομαι. προσκυνήσομαι.] Phot. & Heſych. Προσπτύξομαι. προσκυνήσω.

Προφερέστατον. βέλτιον.] L. Προφερέστερον, ex Photio, ubi Προσφ. Heſych. Προφερέστεροι. κρείττονες, βελτίους.

Πρωτόνεος. πρῶτος νέος.] Πρωτόγονος habent Phot. & Heſych.

Πρυτανεῖα.] Phot. in hac gloſſa ποσι, & ἱκέσεις.

Πυριώνητοι.] In fine citatur illud Archilochi:

Τοῖος

Τοῖος ἀνθρώποις νοῦς γίνεται θνητοῖς, ὁκοίην Ζεὺς ἡμέρην ἄγῃ. Fragmentum exhibet Laërtius l. IX. *Segm.* 71. ubi vid. Aegid. Menag. coll. Kuſt. ad Suid. Quae deſcribere non lubet. Dabo potius Hadr. Junii *Notam* ineditam : „ Τοῖος ἀνθρώποισι „ γὰρ θύμος, Γλαῦκε Λεπτίνεω παῖ, γίγνε- „ ται θνητοῖσ', ὁκοῖον Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγῃ. „ Sic citat Theon Alexandrinus. Con- „ cinnari poſſunt in Jambicis ita, ut ſit „ finis verſus :

„ — — — Τοῖος ἀνθρώποισι γὰρ
„ Ὦ Γλαῦκε θύμος Λεπτίνεω παῖ γίγνε-
ται &c.

„ *Quid ſapere mente praeditum morta-*
lium
„ *Dicunt genus ? pendemus enim nos a*
Deo ,
„ *Facimusque quicquid illi collubitum*
fuit.

Ῥαψῳδοί. — ῥαβδέχους ἔχοντες.] Phot. optime ῥάβδους, ut Viri Docti conjecerant.

Σαμίων ὁ δῆμος.] Phot. addit: ἐστιν ὡς πολυγράμματος. ut ex Plut. ac Heſ. recte Comici fragmentum ſupplet Kuſt. Idem Lexicon mox Κά, i. e. XXI. habet, pro καὶ, poſt vocem Εὐκλείδου. V. *Not.* Kuſt.

Σαρ:

Σαρδαναπάλυς.] Pro παῖζε, Photius etiam ὄχδε. Vid. Athen. l. XII. p. 530.

Σαρδάνιος γέλως.] Citatur in hac glossa *Silenus lib.* II. *rerum Syracusanarum.* At Photius pro ἐν τῷ δεύτερῳ, habet δ', i. e. *quarto.* Si bene se habeat Codex Wolfianus, super *ternarium* Sileni librorum numerum, ex Athenaeo cognitum, etiam *quartum* tenemus.

Paullo ante legitur: εἰς πῦρ καθαλλόμενον. Sic edidit Kusterus. At Editt. Mediol. Ald. Basil. & Genev. per simplex λ, καθαλόμενον. Sic ἀφαλέσθαι apud Aelian. *V. H.* VI. 14. V. *Miscell. Observ. Jul. & Aug.* 1733. p. 95. & Hesych. in Ἀλέσθαι; Ἀλόμενος, Ἀλεῖται, Ἐξαλεῖται, Ἐξαλμένος, Εἰσάλατο, Ἥλατο, &c. & Suid. in Ἐναλόντες, Προαλάμενος, Ταυροπόλιον, &c.

Σαρπηδονία ἀκτή. ἄκρα τῆς Θρᾴκης. Κράτης τὴν μεγάλην. &c.] Ad postrema verba notat Cl. Kusterus: *Locus est corruptus & forte mutilus, qui absque meliorum codicum ope haud facile in integrum restitui potest.* Photius in Lexico inedito eadem habet ad verbum; nisi quod Σαρπηδὼν exhibeat, pro Σαρπηδονία, quod ultimum & Zenobius agnoscit, V. 86. Hesych. Σαρπηδὼν ἀκτή. ἀντὶ τοῦ Σαρπηδονία. &c Simpliciter existimo, hunc esse Suidae sensum, quod Crates Grammaticus Σαρπηδονίαν explicuecuerit, τὴν μεγάλην, sive Crates Comi-

cus Σαρπηδονίαν hoc ſenſu uſurpaverit. Ita Heſychius Σαρπηδόνιον reddit per τὸ μέγα. Accedit, quod ipſe Photius ante hanc gloſſam praemittat: Σαρπηδὼν μεγάλη. καὶ Σαρπηδόνιον (ſcr. Σαρπηδ.) δέσμα, τὸ μέγα. Conf. Cl. Bos *Animadv.* p. 185. quem de h. l. agere non recordabar.

Σίτος. — ἐν τῷ τοῦ Σόλωνος πρώτῳ κατὰ τοῦ Ἄξονος.] Photius: Ἐν (l. ἐκ ut mox, καὶ ἐκ τῆς &c.) τοῦ Σόλωνος πρώτου ἄξονος. Itaque ſimpliciter legendum videtur. Plura addere de hoc loco, & Solonis *Axonibus*, nunc quidem non licet.

Σιτοφύλακες. — ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν ιέ μὲν ἐν ἄστει, ἑ δὲ ἐν Πειραιεῖ.] Petiti & Meurſii ſententiam proponit Kuſterus, nihil ipſe definiens. Photius ita: ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν πάλαι μὲν πέντε καὶ δέκα ἐν ἄστει; πέντε δὲ ἐν Πειραιεῖ· ὕστερον δὲ λ' ἐν ἄστει, ἑ δὲ ἐν Πειραιεῖ. Sed vid. Suid. in V. Μόλπις, ibique Kuſter.

Σμηκυθίων. ὄνομα κύριον.] Phot. Σμικυθίων. quod rectius forte: exſtat enim inter Σμικρολόγος & Σμίλαξ.

Σπαργῶσα.] Ante illud exemplum: Πάλαι &c. Photius habet: Σπαργῶσιν. ὀρεκτικῶς καὶ ἐπιθυμητικῶς ἔχουσιν.

Σπουδάζω. — Θεόπομπος.] Photius addit: ἐν τῇ ἐπιτομῇ τοῦ Ἡροδότου. quod ex MSS. Pariſ. revocavit Kuſterus.

Στήνια.] De hoc mulierum feſto plura Photius,

tius, laudatus a Cl. Kuftero, qui tamen Auctorem, a Photio allatum, omifit poft ἀλλήλαις, forte quia mutila erat citatio : ὅτως Ἐυβο . . . . . Legendum videtur Ἐυβουλος.

Στεφτήγημα.] Phot. bis pro ἡ fcribit ῆ.

Στρόβιλοι. —— γλυκυτερχήλυς.] γλιοτερχήλυς bene Kufter. Et fic Florens ad Comici *Pac.* ў. 864.

Συβαριτικαῖς. —— καὶ Συβαρικοὶ λόγοι.] Recte Photius Συβαριτικοὶ, ut Hefych.

Συγκυρῦντα. διαφερόντως συνεγγίζοντα.] Phot. διαφέροντα, συν. Prius folum habet Hefych.

Σύλας.] In fine pro συλλήψεις, Photius optime συλήσεις.

Συνειλόχασι. συνηθροίσθησαν.] Activo fenfu Kufterus mavult συνήθροισαν. Sic iterum Photius. Ipfe Suidas: Συνηλίχασι. συνήθροισαν. Et: Συνελόχισε. συνήθροισε.

Συστμώπερον σκαφης.] Sic Phot. qui & mox στασιασῶν, in V. Συστρέμματα.

Σφάνον.] In Ariftoph. loco recte κεδρίδας, pro κερκίδας reftituit Kufterus. Et fic olim H. Junius, addens, idem mendum irrepfiffe in Paul. Aeginet. l. III. *cap. de retentione menftruorum*, ubi pro ἐρέβινθοι καὶ κερκίδες, legendum κεδρίδες.

Σχολάριοι. —— ἐπὶ φυλακῇ τῦ Παλλαντος.] Παλλαντίυ bene ex Procopio reftituit Kufterus. Et fic olim Gabriel Trivorius *Obf.*

Apologet. cap. VI. §. 6.

Ταυροφάγον.] Phot. hic bene ἐπὶ τὸν Κρατῖνον, pro ἐπὶ τῶ Κρατίνω.

Τεθυμμένος.] Recte Kust. Τεθυμμένος. Ita Photius.

Τερατολογίαι. οἱ &c.] Τερατολόγοι Phot. ut correxit Kust.

Τετάζειν.] In exemplo Platonis *in Timaeo* recte Photius πτόπακόη, pro quo Suidas πτακόη, addens: γράφεται καὶ Τόπακόη. Kust. hic πτακόη corrigit. Photius πτυπακόη. Cur non potius πταυπακόη? Scil. Τόπάζειν dicebant, & Ταυπάζειν, quod superius exhibet Photius. Mox: σημαίνει καὶ τὸ ατυδάζειν. Auctorem addit Photius eundem Platonem πολιτείας δ'. Hesych. Τόπάζει. φροντίζει. Unde apud eundem pro 'Απτῶς, ἀφροντίστως, legendum esse 'Ατόπτως, non inepte suspicatur V. C. Is. Vossius ad oram libri sui.

Τίμημα.] Citatur hic Demosthenis *oratio περὶ τῶν συμμάχων*. At Photius, συμμοριῶν. quod praestat. Sic enim & Harpocration, quem descripserat Suidas.

Τίς πατὴρ αἰνήσει &c.] Kust. mavult, αἰνήσει, ob metrum. Ita Photius.

Τὸ Μηλιακὸν. &c. Φασὶ γὰρ 'Αριστοτέλην &c.] Photius melius: Φησὶ γὰρ 'Αριστοτέλης, &c. ut est in Vaticana Proverbiorum Adpendice.

Τρίφεις. πήγνυσθαι, συνίστασθαι.] Priores Editiones,

nes, ut & Photius, addunt: περὶ ψυχῆς. Quod omisit Kusterus. Sed *Aristoteles* περὶ ψυχῆς laudari videtur, cujus sit sequens, quod adfert, exemplum.

Τελτογενής. — ἢ ὅτι τελτωνα τὴν κεφαλὴν οἱ Ἀθηναῖοι λέγουσιν.] Photius pro Ἀθηναῖοι habet Ἀθαμᾶνες. quod praefero. Athamanes enim ita vocasse τὴν κεφαλὴν, auctor est Nicander Colophonius apud Hesych. V. Τελτώ.

Τείτῳ καὶ πτ. ἔτει] Pro Ἀντιφάνης h. l. Photius habet Ἀντιφῶν.

Τροπίας οἶνος. —— Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσι·

Τάχυνον πίπιν, καὶ μὴ τροπίαν οἶνον φέρε.]

Photius: Ταχὺν (f. Ταχὺ) νῦν πέτε, καὶ τρ. &c.

Τοίνυν. διὰ τοῦτο.] Sic & Hesych. Conf. Guyet. ad Hesiod. *Theogon.* ℣. 36. At priores Editt. addunt ἢ, quod omisit Kusterus; vere autem indicat excidisse aliquid, nempe particulam οὖν. Photius: Τοίνυν. διὰ γὰρ τοῦτο. ἢ οὖν.

Τριέστερος. ὥσπερ καὶ, Τριέστερος Κρότωνος.] Mutilum est prius adagium. Scribe ex Photio: Τριέστερος ὄμφακος. παροιμία. ὥσπερ &c.

Τεκών. — καὶ Ξενοφῶν φησιν.] Recte Kust. corrigit: Ξενοφῶν φησιν. Καὶ, &c. quia sc. praecedentia sunt verba Xenophontis, non

T 3 vero

vero sequentia. Atque ita Photius aperte scripsit.

Φιλαίας. Ἐι καὶ Φιλέας Ἀνδοκίδην ἱεροσυλίας ἐγεγράψατο, &c.] Recte Cl. Kusterus pro Φιλαίας emendat Φιλέας, ex literarum serie. Admodum autem fallitur, quod verba, Ἐι καὶ Φιλέας, parenthesi incluserit, & ab alio addita pronunciet. Descripsit enim Suidas locum Synesii *Calvitii Encom.* p. 83. in princip. *Ed. Petav.* Ὅμοιον ἐι καὶ Φιλέας Ἀνδοκίδην &c. Viam ad Synesium, laudato libri nomine, monstraverat Vir diligentissimus Hadr. Junius, ad oram libri sui; ne quid dissimulem.

Ψύδια. ψύδη.] Contra seriem priores Editt. Ψόδια habere, notat Cl. Kusterus. Aldina tamen recte ψύδια. Vide num eodem modo refingendus sit Hesychius, qui Ψοδίαν habet, inter voces Ψόμμος, & Ψοφεῖ.

Ψωλὸν γενέσθαι. — ἐπὶ τῶν μέχρι πολλοῦ διεσκυλμένων.] *Est vox prorsus insolens*, ait Cl. Kusterus, *cujus loco scribere malim ἀπεσκυλμένων*. At leviori medicina sanari potest Suidas, dummodo transpositis literas scribas διελκυσμένων. Sic diserte Photius. Alia ad *h. l.* notavit Celeb. L. Bos *Animadv.* p. 201.

C A·

CAPUT III.

Inexhauſtae eruditionis fontem eſſe HESYCHII noſtri Lexicon, nemo paullo humanior inficias iverit. Qui vero tanquam merum Lexicon illud conſiderant, cujusmodi ſexcenta in omnibus linguis circumferuntur, eos non parum a vero aberrare certiſſimum eſt. Ubique enim Veterum Scriptorum loca enarrat, quae ſi non ſuccurrant, vix unquam recte mentem Heſychii intelliges. Haec itaque indagare, & antiquorum Interpretum (quorum magna pars periit) gloſſas, quas in unam Syllogen redegit Noſter, conferre, vere demum eſt Heſychium inluſtrare. Id autem incredibilis diligentiae ac laboris opus eſſe quisque ſentit; ſed & peritiam, & felicitatem non raro Criticam exigit in corruptiſſimis locis ſanandis, vitiorumque originibus detegendis. Quum vero non indiligenter ab aliquo tempore in hoc Gloſſario me exercuerim, regulas quasdam hermeneuticas, tanquam leges, mihi praeſcripſi, quarum certitudinem & uſum repetitae curae, & exempla frequentius obvia, me docuerunt. Non omnia proferam, quae hujus notae ſunt, miſſurus quae de variis corruptelarum fontibus, literarum

ſcil. vocumque ſimilium confuſione & permutatione, gloſſatorum correctionibus in textum intruſis, conjunctione vel ſeparatione literarum aut vocabulorum, eorumque tranſpoſitione, &c. ad manus ſunt: haec enim in ipſo opere, ſi Deus annuerit, & vitam vireſque ſuffecerit, patefient olim. Nunc unum tantum proponam Canonem Criticum, a nemine (ni fallar) obſervatum hactenus, unde plurima loca perperam mutila crediderunt Viri Docti. Canon ille hic eſt: *Saepe Heſychius, vel Epitomator ejus, in explicatione illud verbum, aut ſubſtantivum, omittit, quod in voce ipſa, de qua agit, latebat, adeoque ſupplendum, brevitatis ergo, relinquit lectori.* Jam loca videamus, ex prima tantum litera deſumpta.

Ἀβρωμένταχοι. οἱ σὺν βρόμῳ πολλῷ, &c.] Poſſet locus hic reſtitui, ſi poſt μιᾶς ponatur κεκραγότες, ex ſeqq. huc retractum, caſuque mutato. Sed recte ex Phavor. ibi legeris, ὁμοφώνως κεκραγότας, tumque in verbis propoſitis ſupplendum ἰάχοντες, quod latet in voce quam explicat. Pro Ἀβρωμένταχοι enim legendum Ἄβρομοι, αὐίαχοι, ex Hom. *Il.* N. 41. ut notarunt Viri Docti. Ita mox in eadem gloſſa repetitur: Ἀυάχοι, μετὰ ἰσχύος μεγάλης. ſcil. ἰάχοντες, quod ex Phavorino addit Tho. Bruno: at *Henr. Valeſius* in Notis MSS. pro ἰσχύος legit ἰαχῆς.

Ἀγαλ-

'Αγαλματοφόρος. ὡς ἄγαλμα ἐν τῇ ψυχῇ.] Philoni Judaeo verbum ἀγαλματοφορεῖσθαι familiare, ut recte olim Suidas animadvertit. Vid. *pag.* 4. B. 15. A. 18. E. 31. D. & alibi, in *Edit. Francof.* At post ψυχῇ verbum φορῶν vel φέρων addendum putant CC. VV. Ed. Bernard. ad Joseph. T. I. p. 165. *nov. Ed.* & L. Bos *Obs. Crit.* p. 152. ut Suidas etiam addit φέρων. Ex canone vero nostro non aliter scripserat Hesychius, ac vides.

'Αιαλλαὶ ἄσαις. ὤιμοι. ὤιμοι.] *Palmerius* legit : 'Αιαλλιάσαις ὤιμοι. ὤιμοι φερούσαις. *aliter* inquit, *nullus sensus foret.* Similiter fere Alii. Ego nihil muto, sed in ὤιμοι, ὤιμοι, tacite repetendum censeo illud ἄσαις. 'Αιαλλαὶ conferri potest cum Hebraeo אללי לי *Job.* X. 15. Mich. VII. 1. ubi LXX. ὤιμοι. Non raro enim ad hanc versionem respicitur in hoc Glossario. Nisi ex τῷ ἂι, quod est ἐπίρρημα σχετλιαστικὸν καὶ θρηνητικὸν, factum sit vocabulum, ab aliquo Poëtarum usurpatum loco nunc non obvio. Sic 'Αιάζειν, 'Οιμώζειν, &c. pro ἂι, ἂι, & ὤιμοι λέγειν. Infra : Βήζει. φωνεῖ. Quod nisi pro βάζει positum fuerit, eodem modo in φωνεῖ supplendum βῆ, βῆ, quam vocem emittit ovis, hinc βηβλαὶ dicta. Similiter : Βληχᾶται. φωνεῖ. scil. βλὴ, vel βληχήν. Conf. in Βλωᾶσαι, Βήλγη, Βηλήσαι, &c. & Varron. *de Re Rust.* II. 1.

p. 59. qui ait, oves dici *belare*, a voce earum BEE.

'Αμερεφές. τὸ ἀμφοτέρωθεν.] Pro 'Αμφηρεφὲς, ut bene vidit *Palmerius:* quamvis ἀμ in compositis non raro pro ἀμφί. Fallitur autem Vir Doctus, cum *manifesto mutilum* hunc locum pronunciat, addens, ὀροφὴν ἔχειν. Subintellige potius ὠροφωμένον, quod exprimitur in 'Αμφηρεφία. vel ἠρεφόμενον.

'Αξύμβλητον. ὁ μηδενὶ ἀπαντᾷ. ἢ δυνατόν. ἢ ἀσυνάντητον.] Ergone 'Αξύμβλητον notet δυνατόν? Non puto. Cl. *Is. Vossius* ad oram libri sui nodum secans scribit: ἢ ἀδύνατον. At supple ex Canone nostro συμβάλλειν, vel συμβάλλεσθαι, quod verbum in 'Αξύμβλητον latebat: praeterea ὁ μηδενὶ tacite repetendum. Ita intelligis, 'Αξύμβλητον esse, ὁ μηδενὶ ἀπαντᾷ, &c, ὁ μηδενὶ ξυμβάλλειν δυνατόν. Contra Ξύμβολος infra exponitur, μάντις, ἢ (forte ἢ) ὁ συμβάλλειν δυναμένη.

'Αείδακρυς. ταχέως.] δακρύων addendum jubent *Heinsius*, *Is. Vossius*, & *Sopingius*, quorum exemplaria penes me sunt. Ego simpliciter, ut in ceteris, subintelligendum statuo. Mox: 'Αειδάκρυσι. πολυδάκρυσι. Iis vero hominibus facile contingit ταχέως δακρύειν, & versa vice. Conf. 'Αρτίδακρυς. ἐυχερὴς πρὸς δάκρυον. (de quo non idem sentio cum H. Steph. *Thes.*) & Etym. M. in Δακρυόεις.

'Αει-

'Αειδείκετον. ἄγαν ἔνδοξον. ἀσπαστόν. φανερόν. ἢ μεγάλως.] Scil. δεικνύμενον. Hic tamen locus, fateor, alio etiam modo refingi poteſt, legendo: ἢ μεγάλως εὐπρεπῆ. Nam 'Αειδείκετον petitum eſt ex Hom. *Iliad.* Ξ. 320.

> Ἡ τέκε Περσῆα, πάντων ἀριδείκετον ἀνδρῶν.

ubi Scholiaſtes, qui vulgo Didymus audit: 'Αειδείκετον. μεγάλως εὐπρεπῆ. ἀσπαστόν.

'Αυτάδης. αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ.] Supple ἀδῶν. Alias αὐθάδης dicitur. Solet autem Heſychius τὰ δασυνόμενα ψιλοῦν. Supra: 'Αδῶ. ἀρέσκω. Unde 'Αυτάδης, pro 'Αυθάδης, ut 'Αυτοέντης infra, pro 'Αυθέντης. Etymol. M. 'Αυθάδης. αὐτάρεσκος. — ἀπὸ τῆς 'Αυτὸς ἀντωνυμίας, καὶ τοῦ 'Αδῶ, 'Αυτάδης, καὶ 'Αυθάδης, ὁ ἑαυτῷ ἀρέσκων· 'Αδεῖν γὰρ, τὸ ἀρέσκειν. Similiter Heſych. 'Αυτάρεστος. ὁ ἐφ' ἑαυτῷ ἀγαλλόμενος.

Vidimus exempla, in quibus *verbum*, ſive *participium*, reticetur, ne continua repetitione moleſtiam auribus faceſſeret. Capiamus alia, in quibus parili ratione *nomen ſubſtantivum* deficit.

'Ασσάμην. ἔβλαβην. περιέπεσον.] In poſtrema voce omnes addendum jubent, βλάβῃ, aut ἄτῃ. Ita *D. Heinſius*, *H. Junius*, *Tho. Bruno*,

Bruno, *Jos. Hill*, *Verwey*, *Kusterus*. Sufficerit ex regula nostra περιέλιπεσον, dummodo subintelligatur non βλάβη, sed ἄτη, quod per Ἀασάμην menti subjicitur, quemadmodum exprimitur a Suid. Phavor. & Apollonio in Lex. MS. cujus specimen edidit Reverendiss. Montfaucon. in *Bibl. Coislin.* p. 457. Utinam aliquando integrum ederetur! Nihil certe plus conferret ad Hesychium, quippe qui Apollonii Ὁμηρικὰς λέξεις ipse laudat in *Praef. ad Eulogium* suum,

Ἀγελέλαιος. ἄκαρπος.] Scil. ἐλαία, ut plene apud Schol. Apollon. Rhod. II. 845.

Αἰσχροκερδής. ἐπιθυμητὴς κακῶν.] *Deesse videtur* κερδῶν, notat *Stephanus*; κέρδεων addit *Pricaeus* in I. *Timoth.* III. 3. Sed ex Hesychii more subintelligendum potius: latet enim in voce Αἰσχροκερδύς.

Ἀμείψιχρον. μεταβάλλοντα.] Ἀμείψιχρων corrigit *Is. Vossius*. *H. Steph.* mallet: Ἀμειψίχροον. μεταβάλλοντα καὶ ἀμείβοντα τὴν χρόαν. uti de Polypode legitur. *Sopingius* (cujus *Nota* perperam voci Ἀμειψόμεθα subjecta est a *Schrevelio*) τὸν χρῶτα addit. Sed alterutrum tantum ex regula nostra subintellige, & locum vitio absolves.

Ἄμητος. ὁ καίρος.] Supple ἀμήτου, vel ἀμητοῦ potius. Nam Ἄμητος, προπαροξυτόνως, denotat *fruges*; Ἀμητὸς, ὀξυτόνως, *messis tempus*. Ita Ammonius, Philoponus, Schol.

Il.

Il. Τ. 223. & ipse Hesych. infra. Contrarium placet Suidae, Etymologo, & Eustathio. Similis est glossa apud Arcadium, Grammaticum ineditum: Τρύγητος. ὁ καιρὸς, μονογενῶς. Τρυγητὸς ὁ, τὸ τρυγώμενον.

Ἀμφίδοχμοι. λίθοι μέγεθος ἔχοντες.] Ita dicuntur *lapides palmum lati longique*, apud Xenoph. *de Re equestri*, p. 938. ut ex Polluce I. 200. jam constabat. *Thom. Bruno* voci μέγεθος addit δοχμῆς. & sic omnino scribendum esse statuit nuper *G. d'Arnaud*, supra aetatem doctus Juvenis, *Lect. Gr.* p. 11. At jam, credo, mecum sentiet, ex more Hesychiano nihil deesse.

Ἀνάκτορον. τὸ τῆς Δήμητρος.] Phavorin. addit, ἱερόν, quem hic, ut passim, sequitur *Tho. Bruno*. An vero & hic tacite repetendum ἀνάκτορον? id enim Glossae reddunt *Templum*. Conf. Hesych. paullo ante in Ἀνακτόρειον, & Ἀνακτόρων, ναῶν. Eurip. *Supplic.* ℣. 88. Herodot. IX. 64. Aelian. *V. H.* XIII. 2. Isidor. Pelusiot. L. I. *Epist.* 22. ubi ἀνακτόρων ὑπόστηθι. Sed notissima est ellipsis vocis ἱερόν.

Ἀνέπνεον. ἀνεκτῶντο.] Scil. πνοήν. Respicit *Iliad.* Λ. 327. Similiter infra Ἀνέψυχθεν (quod est *Il.* Κ. 575.) reddit ἀνεκτήσαντο. Subintellige τὴν ψυχήν. Eustath. ad *Il.* Λ. p. 847. *Ed. Rom.* Τὸ δὲ Ἀνέπνεον, ὑπολιπούσης πνοῆς ἀνάληψιν δηλοῖ· ὡς καὶ ἡ Ἀναψυχὴ, ψυχῆς ἀνάκτησιν, ἐκ λειποθυμίας. Conf.

Conf. *pag.* 1044. *ſub fin.* Philoxeni Gloſſae : Ἀνακτᾶται τὴν λειποθυμήσαντα. *Refocillat.*

Ἀνεῤῥώσθημεν. ἀνελάβομεν ὑγιεῖς γεγόναμεν.] Locus a ſuperiore non abſimilis. In ἀνελάβομεν pari modo reticet τὴν ῥώμην, vel ῥᾶστιν, id eſt ὑγιείαν infra. Hoc tamen exemplum non urſerim, quum τὸ ἀναλαβεῖν abſolute etiam uſurpetur pro *vires morbo confectas reficere*, per ellipſin pronominis ἑαυτὸν, ut in pluribus aliis. Exempla nota ſunt. Hinc Heſych. Ῥαΐσαι explicat, τὸ ἐκ νόσου ἀναλαβεῖν, ſcil. ἑαυτόν.

Ἀρχώνης. ὁ προηγούμενος.] Scil. ὠνῆς, quod Etymologus addit, in quo pro ὠνῆς ὑπνοσοῦν, malim ἡσιτοσοῦν. Phavorinus (forte fortuna, an ſtudio?) ita Etymologum & Heſychium conflavit : Ἀρχώνης. ὁ ἄρχων τῆς ὠνῆς, ὑπνοσοῦν προηγούμενος. Hinc cogitavi, priorem ſignificationem eſſe propriam & etymologicam, unde poſtea tranſlata notio ad alios, cuicunque etiam rei praeſint. Id certe voluit Phavorinus: quem ſenſum Heſychio ſi dederis, ad hanc exemplorum claſſem minus pertinebit locus. Conf. Lat. *Primipilus.* &c. Aliud eſt, quod praeterea adferam. Inter Ἀρχώνης, & V. ſeq. Ἀρχωνίδας, legitur : Ἀρχολάβων, ἢ ἐργολάβων. Obſtat omnino ſeries, quam parcius tamen urgendam novi. Edit. Hagen. conjungit :

git: ὁ προηγούμενος. ἀρχολάβων &c. Sic praeter *H. Steph.* (in *Thes.*) *Soping.* & *Is. Vossius*. Sed (ne nimius sim) vel ἀρχολαβῶν tum legerim cum Sylburgio ad Etym. M. vel hanc intermediam glossam loco motam dixerim, ut saepius: quam idcirco Phavorinus in propriam sedem redire jussit.

Ἀσκαρόφορον. Φορτηγόν.] Supple ἀσκάρων. ut inf. Κηροπάζουσι. βαστάζουσι. scil. κηρόν. Quod non percepit H. Stephanus. Ἄσκαροι genus erant *calceorum*, sive *sandaliorum*; secundum alios vero κρόταλα, *crepitacula*, teste Hesychio. Praestiterit Ἀσκέραι scribere pro *calceamentorum* genere, ut recte *Junius*, praeeunte Suida & Polluce l. VII. 85. Conf. Cl. Hemsterh. *Not.* ad l. X. p. 1204. Ἄσκαροι vero pro *crepitaculis*. Vid. Polluc. IV. 60. Arcadius, Grammaticus ineditus, & ipse Hesychius inferius: Ἀσκέρα. εἶδος ὑποδήματος. hirsutus scil. calceus ex pelle non levigata. Sexcenties autem iisdem literis diversas voces proponi, quae non multum inter se differunt, omnes norunt, qui Lexicographum diligentius consuluerint. Quod si nunc Ἀσκεροφόρον refingas (accentus enim in penult. collocandus) pariter ἀσκέρων subintellexeris post φορτηγόν. Eustath. ad *Odyss.* E. p. 1522. Ἀσκέραι. Περσικαί. Suid.

ὑπο-

ὑποδήματα Ἀττικά. Alter ex altero forte emendandus.

Ἀστοξένοι. οἱ γένει μὲν προσήκοντες, ἐπὶ δὲ τῆς ἀλλοδαπῆς γεγονότες.] L. Bos *Obs. Crit.* p. 157. addendum, vel subintelligendum esse, τῇ πόλει, post vocem προσήκοντες, non male observat: quum Pausanias apud Eustath. p. 405. diserte tradat: Ἀστόξενοι. οἱ γένει προσήκοντες τῇ πόλει τὸ ἀνέκαθεν, οὐκ ὄντες δὲ πολῖται. Malim ex regula nostra subintelligere τῷ ἄστει, quod in voce Ἀστόξενοι continetur. Schol. Aeschyli in *Supplic.* ỷ. 361. Ἀστοξένων. τῶν νῦν μὲν ξένων, πρώην δὲ συνημμένων τῷ ἄστει. Ad quem locum Cl. Stanlejus Hesychium citans acuit antepenult. Ἀστόξενοι, ut est apud Eustath. Dein pro ἐπὶ δὲ τῆς legendum conjecit ἐπὶ δὲ γῆς ἀλλ. γ. Sed in ἀλλοδαπὴ, ἀλλοτρία, ξένη, &c. saepe per ellipsin reticeri ἡ γῆ, notum est.

Ἀσυνθεσία. (Sic enim pro Ἀσυνθησία scribendum, recte monuerunt Munkerus & Berkelius ad Antonin. Liberal.) παραβασία.] Mallem παράβασις. Nam παραβασία Poëtae potius quam Grammatistae convenire videtur. An & hanc glossam ad Canonem nostrum revocem? Certe nihil obstat, quo minus vocem συνθηκῶν hic subintelligi statuamus. Præcedit: Ἀσυνθέτους. μὴ ἐμμένοντας ταῖς συνθήκαις. V.

Sup.

Sup. *Gloff. N. T.* p. 94. Diferte autem Suidas: Ἀσυνθεσία. παράβασις συνθηκῶν. Sic & Varinus.

Αὐλίζομαι. μένω, ἐνδιατρίβω.] Novi, τὸ αὐλίζεσθαι pro *degere*, five *morari*, fatis effe ufitatum. Conf. inf. in Θυραυλεῖν, & Θυρωλεῖν. Proprie tamen in μένω, vel ἐνδιατρίβω, fubintell. ἐν αὐλίδι. Ipfe Hefych. Αὐλαία. ἐν αὐλῇ διατρίβουσα. Et: Αὐλωνίζουσα. ἐν αὐλῶσι διάγουσα.

Αὐλίκουροι. φύλακες.] Subintellige iterum αὐλιδ☉, vel αὐλῆς. Ita Αὐλουρὸς mox redditur, non φύλαξ fimpliciter, fed οἰκοφύλαξ. Sic & fup. in Αὐλαρ☉, pro quo Αὐλαρχ☉ corrigit *If. Voffius.* Sed Αὐλαρὸς Doricum potius eft, pro αὐλωρός. ut Θᾶκος pro θῶκος, Ἆτα Tarentinis pro ὦτα &c. apud Hefych. Ὠρὸς autem eft φύλαξ, ut patet ex plurimis compofitis. V. in Πυλαωρός. &c.

Αὐτοδικεῖ. αὐθεντεῖ. ὅταν αὐτὸς λέγῃ.] Edit. Florent. λέγῃ. Subintell. δίκην. Conf. Harpocr. & inf. in Αὐτομαχεῖν.

Ἀφοπλίζεσθαι. ἀφαιρεῖσθαι.] Supple τὰ ὅπλα. *Iliad.* Ψ. 26. Ἀφοπλίζοντο. ἀφῃροῦντο τὰ ὅπλα. Praecedit: Ἀφόπλισον. ἀπόδυσον. Idem fubintelligi poteft. Sed confer cum hac gloffa illud Apoftoli ad *Rom.* XIII. 12. ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα &c. V. Sup. *Gloff. N. T.*

Habes affatim exemplorum, quibus

V Ca-

Canonem nostrum firmavimus Nescio autem, an & hunc in censum referre liceat: Ἀγχίμολον. ἐγγὺς, ἐληλυθός. Si distinctio post ἐγγὺς, retinenda sit, duo dicuntur, nempe Ἀγχίμολον esse ἐγγὺς, ut Etymol. & mox ipse Hesych. Conf. Schol. ad *Iliad.* Δ. 529. & ad Apollon. *Argon.* II. 357. Porro ἐληλυθὸς, scil. ἄγχι, quod repetere noluit, utpote latens in proposita voce, cujus pars posterior tantum exponebatur; μολεῖν enim est ἐλθεῖν, infra. Sed ne nimium sectemur acumen, legendum hic videtur, ἐγγὺς ἐληλυθὸς, sublato medio commate, ut Phavor. Suid. & ipsa Edit. Hagen. exhibent.

C A-

CAPUT IV.

Antequam te dimittam, Lector, loca quaedam *Hesychii* ulterius tentare lubet, ex eadem litera Α.

Ἀγχιλά. ἁλμυρά, θαλάσσια. ἄβρωτα] Scriptum est in priori significatione pro Ἀγχίαλα. Sed pro ἄβρωτα, est Ἄγχιλα pro Ἄχιλα, a χιλός. Inf. Ἄχιλον. ἄτροφον, post V. Ἀχεῖ.

Ἀδά. ἡδονή. πηγή. &c.] In ἡδονὴ respicit Hebr. חדה Chald. חדא *bada*, i. e. *lactari*, *delectari*. In πηγὴ, vel עין־חדה *En-Hadda* ob oculos habuit, cujus mentio *Jos.* XIX. 21. q. d. *fons Hadda*: vel forte respicitur ad *Genes.* II. 6. ubi אד *vapor*, a LXX. redditur πηγὴ, ut a Vulgato Interprete *fons*. Plura ad hanc glossam nunc non dabo.

Ἀελλάδων. ἵππων ταχέων. Σοφοκλῆς Οἰδίποδι Τυράννῳ.] Paullo ante: Ἀελλάων. ταχέων. An Ἀελλαίων? Pro Ἀελλάδων Cl. Bochart. *Hieroz.* T. I. p. 161. mavult Ἀλλώδων, ut in Suida, quem descripsit Phavorinus. Sed procul dubio legendum, Ἀελλοπόδων ἵππων, conjunctim. Citatur enim Sophoclis locus in *Oedip. Tyr.* qui exstat ẏ. 475.

Ὥρα νῦν ἀελλοπόδων ἵππων
Σθεναρώτερον φυγᾷ πόδα νομᾷν.

Tempus nunc est in fuga pedem movere citius equis qui turbinis instar feruntur. Scholia explicant: ἀνέμοις ἰσοταχῶν ἵππων Simonidis vox est apud Aristot. *Rhetor.* III. 2. & Heraclid. *de Politiis*, p 530. *Ed. Crag.* Cum enim Anaxilas Messenius, Rhegi-norum Tyrannus, in certamine Olympico mulabus victor exstitisset, ἐπινίκιον carmen ei cecinit Simonides, cujus initium est:

Χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων.

Hinc & Pindar. *Nem.* I. 6. αἶνον ἀελλοπόδων μέγαν ἵππων se hymno expositurum ait. Schol. τῶν ὀξυτάτων ἵππων Conf. *Pyth.* IV. 32. & inf. apud Hes. Ἀιοχοπώλες, & Ἀερσίποδες, vel potius seq. V. Ἀελλόπος Ἶρις, ex *Il.* Θ. 409. ibique Schol. Infra etiam: Ποδάνεμοι. ταχεῖς. Glossarium MS. Latinuw: *Aeripem. velocem.* Leg. *Aëripedem.*

Ἀιρός. ἀναιδής.] Sopingii Ἶρος, ab *Iro* mendico, damnat Cl. Kuster. *Anti-Gronov.* p. 44. scribens: Λιρός. ἀναιδής. ut infra repetitur suo loco. Acute! Frequens enim est permutatio literarum Α & Λ, ut omnes norunt. Sic Βάκξ. μαλακός. apud Pha-

Phavor. & Suid. pro Βλάξ. quod miror non animadversum esse a Cl. Kustero. Unde etiam conjeci, pro Ἀβισταῖοι, Λιβύων ἔθνος, scribendum forte apud Hes. Λιβυστῖνοι. Vid. Steph. Byzant. in Λίβυς. Sed ut e deverticulo redeam, vide num potius Ἀερὸς hic idem sit quod supra Ἀαρὸς, & infra Αἴῤῥος, quod explicat per ἄῤῥητος. Tum vero pro ἀναυδὴς levi tantum mutatione legendum ἀναυδής. Inf. Ἀναυδία. ἄῤῥητα, ἄφωνα.

Αιᾶται. καθῆναι.] *Guyet.* κάθηται. *Pergerus:* Αἰᾶσαι. καθῆραι. *flagris caedere*, & *Ajacem* lorarium imitari. *If. Vossius:* Αἰᾶσαι. καθεῖναι. Tu meo periculo scribe: κάθηνται. Illud Αἰᾶται corruptum est ex ἕαται, Ionice pro ἧνται, ab ἧμαι, *sedeo*. Infra: Ἑαυται. κάθηνται. Et: Ἑαται. καθέζονται, ἧνται. Et: Εἵαται. κάθηνται. pro quo hic Αἰᾶται. Sunt autem illa Homerica. Vid. *Il.* Β. 137. & Γ. 134. Conf. V. Ἥατο. Arcadius, Grammaticus ineditus: Εἵατο. ἀντὶ τοῦ, ἐκάθηντο.

Αἰαφοί, αὐτοὶ ἀκούοντες.] An legendum: Αἴαχοί. αὐλοὶ ἠχοῦντες? V. inf. in Αὐίαχοι. Non raro enim Αι, Αυ, Α, Αε, Αϊ, & Αει in principio vocum permutantur ab Hesychio, vel ejus Epitomatore.

Αἰγαῖον. πλωτὸν πέλαγος &c.] L. Αἰγαῖον. Sequitur enim post V. Αἰγείλω. Pro πλωτὸν, malim ἄπλωτον. alioquin enim sensus est

dilutior. Conf. Suid. in Ἄπλωτα. πελάγη. Paſſim enim de inclementia maris Aegei conqueſti ſunt Veteres, ſic ut in proverbium abierit: Τὸν Αἰγαῖον πλεῖ, *Aegaeum navigat*, de eo, qui in ſummo periculo verſatur. Conſtantinus Porphyrogenneta *Themat.* I. 17. Τὸ δὲ Αἰγαῖον πέλαγος βαρύπλουν ἐστὶ, καὶ δυσπέρατον. quod hic ἄπλωτον. Conf. Artemidor. II. 12. p. 96. Vide autem, num ſupra in Αἰγαῖον, ἄμοτον πέλαγος, etiam ἄπλωτον legendum. quod tamen non urgeo. Conf. Suid. in Αἶγες, quomodo Dorienſes, teſte Heſychio, vocant τὰ κύματα. An ab αἶγες eſt *wægen*, quod in antiqua Friſiorum lingua *fluctus* denotat? Spiritus enim lenis ſaepe tranſit in *w*, per digamma AEolic.

Αἰγῶν π. αἰγιδίων. Ἄιγυπτον ὄμμα.] Poſterius loco ſuo motum eſt. Exiſtimabam aliquando, duos parietes de eadem commode poſſe fidelia, quod ajunt, dealbari, legendo: Ἄιγυπτον ὄμμα. Αἰγύπτιον ὀφθαλμόν. nempe pro Αἰγωπαίαν ὀφθαλμὸς, quod modo praeceſſit. Ut reſpexerit Heſychius locum aliquem, in quo duo illa ſubſtantiva juncta occurrebant, quorum alterum adjectivi vim habet. Ita apud Euripid. *Troad.* ỷ. 673. δοῦλον ζυγόν. pro quo Aeſchyl. *Perſ.* ỷ. 50. ζυγὸν δούλειον, vel δούλιον, ut Stanl. qui ejuſmodi loquutionis exempla dedit ad *Prometh.* ỷ. 2. Plura etiam lege apud Euſtath. ad *Il.* Ω 58. p. 1339.

ubi

ubi γυναῖκα μαζὸν, pro γυναικεῖον. Conf. Salm. ad Tert. *Pall.* p 362. Bern. Martin. *Var. Lect.* I. 13. Heinſ. *Crepund. Sil.* p. 343. & in Theocrit. p. 241 Taubm. in Plaut. *Aſin.* I 1. 87. Cuper. *Obſ.* I. 17. Vechner. *Hellenol.* I. 8.

Αἰδοίῃ. νικώμενος τῇ αἰσχύνῃ.] Edit. Hagen. & Phavor. conjungunt: Αἰδοίῃ νικώμενος. Quod placuit *Tho. Brunoni.* Si Αἰδοίῃ retineas cum jota ſubſcripto, demonſtrandum eſt ſubſtantivum αἰδοίη, vel αἰδοία, pro αἰσχύνη. Si jota ſubſcriptum tollas, ut ſit adjectivum, ἡ Αἰδοίη, pro νικώμενος ſcribendum quoque erit νικωμένη, in fem. gen. Cum autem continuo ſequatur: Αἰδοῖ εἴκων. (ex *Iliad.* K. 238.) νικώμενος τῇ αἰδοῖ, τυπέσιν, αἰδούμενος. legendum forte in priori noſtro loco: Αἰδοῖ. τῇ αἰσχύνῃ. ejecta voce νικώμενος, quae ex ſeqq. irrepſit. Vel ita, ut ex binis gloſſis unam retineamus: Αἰδοῖ εἴκων. νικώμενος τῇ αἰδοῖ, ἢ τῇ αἰσχύνῃ, τυπέσιν, αἰδούμενος.

Αἷμα πᾶν πτύοντα. πολύ. τὸ γὰρ ὀλίγον τῷ σιάλῳ λεπτύνεται.] Αἱμοπτυϊκὸν forte reſpexit; aut regulam oneirocriticam, de qua Artemidorus l. I. c. 35. Αἷμα ἐμεῖν πολὺ &c. προσκτησιν σημαίνει καὶ περιουσίαν κτημάτων. Sed ampliandum cenſeo.

Αἰνήθεστος. οὐκ εὐλιτάνευτος.] Vel eſt ex αἰνὴ & θέασεσθαι, quod inf. exponit, ἱκετεύειν, ut Θεασόμενος, δεόμενος, ἱκετεύων. Vel leg. Αἰνή. ἄθεστος, οὐκ εὐλ. Supra ante V. Ἀθ-

λον legitur: Ἄθεσος Ἐρινύς. σκληρὸς, ἣν οὐχ οἷόν τε ἐξιλάσασθαι.

Ἀισκλγός. δεινός. ψόδης.] Vide num corruptum sit ex Ἀισύφηλος, pro αἰσύφηλος. Infra ante V. Αἰχία legitur: Ἀισύφηλος. δειλός. (Sic & Suid.) ψόδης, ἀπατεών. An & hic δειλὸς, pro δεινός?

Αἰχίας. αἰσχύνας.] Frustra notat *Guyetus*, esse ab αἰχία, ἡ. quod nusquam, credo, legerat: nisi quod H. Stephanus in *Indice Thes.* praeluserit. Conjunge potius antecedentia hoc modo: Αἰχία. ὀνείδη, ὕβρεις αἰσχρὰς, (pro αἰχίας) αἰσχύνας. Aut, quod magis placet, scribe: Ἄιχος. αἰσχύνης. ex Hom. *Il.* N. 622. Ita mox Ἀιχος redditur μῦσος, αἰσχύνη. Sic enim pro ἄιχρος & μῖσος legendum. Edit. Hag. μῦσος.

*Ἀιφυρος. αἰθάλη. Σοφοκλῆς ἀμιχθαλόεσσαν, τὴν ἀπρόσμικτον τῇ θαλάσσῃ, ἡ ὁμίχλη.] Haec mera αἰθάλη καὶ ὁμίχλη videntur primore adspectu. Ut a posterioribus initium faciamus, secernenda illa sunt: † Ἀμιχθαλόεσσαν. τὴν &c. pro quo forte depravatum alicubi reperit Ἀιχθαλόεσσαν, ut series postulat. Sed Ἀμιχθαλόεσσαν infra explicat suo loco. Conf. Phavor. & pro ὁμίχλη in fine, repone ὁμιχλώδη. Respicitur enim locus *Iliad.* Ω. 753. Λῆμνον ἀμιχθαλόεσσαν. quod etiam citatur a Scholiaste Sophoclis in *Philoct.* ỷ. 213. Scholia minora ad Hom. *l. c.* Ἀμιχθαλόεσσαν. ἤτοι ἀ-

προσ-

προσμικτον, ἢ ῥαδίως ἐ μίγνυται. —— Ἔνιοι δ' ἐχ ἔτως, ἀλλὰ καὶ τὴν ὁμιχλώδη ἀπέδωκαν. At quid facias prioribus, Ἀιφυρ☉. αἰθάλη. Σοφ.? Ut verbo dicam, corrupta haec puto ex Ἀιφορ☉, αἰθαλὴς, idque pro Ἀειφόρ☉, ab ἀεὶ φέρειν, quod commode exponitur αἰθαλὴς, id est, ἀειθαλὴς, ab ἀεὶ θάλλειν. Facem praefert ipse Hesychius supra: Ἀειφόρ☉. ἀειθαλής. ubi pariter *Sophoclem*, ut hic, auctorem citat in *Telepho*. Ἀι vero pro Ἀει saepe in his Glossis. Ita Ἀικέλι☉ & Ἀεικέλι☉, Ἀικίζειν & Ἀεικίζειν, &c.

Ἀιολιγγή. σκιὰ. ὀλίγος χρόνος.] Suspecta vox H. Stephano in *Ind.* at nihil extricat. Edit. Florentina Ἀιλιολιγγή. Sed Ἀιωλιγγη requirit ordo: sequitur enim post Ἀιψηρός. Miror, neminem contulisse Hesychium in Ὠλιγγιὰ, quod explicat, νυσταγμὸς — ἢ ἐλάχιστος. Et: Ὠλιγγήϊον. ὀλίγον, βραχύτατον. Conf. Ἰλιγγιᾶν. σκοτῶδες. & Ἐιλιγγιᾶν, quod eodem modo exponit; ut Ἔιλιγγον, σκότωσιν. Ἀιωλίγγη hic est pro ὠλίγγη. Etymol. M. p. 821. Ὠλίγγην. ἀκαριαῖον, ἐλάχιστον. Τάττεσι δὲ Ἀθηναῖοι καὶ ἐπὶ τὸ νυστάξαι. —— τὴν δὲ Ὠλίγγην δηλῦν καὶ πνοὴν, καὶ ΣΚΙΑΝ, καὶ ἀκαρὲς πνεῦμα. τὸ δὲ Ὠλίγγιον. ΟΛΙΓΟΝ σημαίνει.

Ἀκί. φυτόν τι καὶ ἀκιδᾶται.] An voluit, Ἀκὴ esse φυτόν τι. Ἀκῆ δὲ, ἰᾶται? Ita Sup. Ἀκέστι.

στ. θεράποντι. Inf. Ἀκίμενοι. ἰώμενοι. Male ὀιώμενοι.

Ἄκυρον. ἄκεστον.] *Nescio unde desumpserit*, inquit H. Steph. in *Ind.* Quid si legas: Ἄκυρον. ἄκαρπον. Infra: Κέρξαι. ἀπέκειραν.

Ἀλίγκιον. καλὸν, ἀγαθόν.] *Pergerus* Ἀλίγυιον legit, i. e. ὑγρομελῆ, *tenera membra habentem*; ut equi sit epitheton. Non placet. Respexit enim ad Hom. *Iliad.* Z. 401.

Ἑκτορίδην ἀγαπητὸν, ἀλίγκιον ἀστέρι καλῷ.

